¶ Primo modo quando est aliqua disiunctiua facta ex parte inferiori/et ex parte superiori.tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem superiorẽ est consequẽtia bona:vt vos estis homo/vel vos estis asal:ergo vos estis asal. ¶ Scõo modo qñ disiunctiua fit ex parte contingenti/et ex parte necessaria.tũc arguendo a tota disiunctiua ad partem necessariam est consequentia bona:vt vos curritis.vl deus est:ergo deus est. ¶ Tercio modo quando disiunctiua fit ex parte impossibili/et ex parte possibili.tunc arguendo a tota disiunctiua ad partem possibilem est consequentia bona.vt vos sedetis/vel vos estis asinus:ergo vos sedetis. ¶ Quarto modo quando disiunctiua est facta ex terminis conuertibilibus. tũc est consequentia bona: vt vos estis risibilis/vel vos estis homo: ergo vos estis risibilis. ¶ Quinto modo quando disiunctiua fit ex duabus partibus:quarum non potest esse vera nisi altera sit vera.tunc arguendo a tota disiũctiua ad illam partem sine qua altera non potest esse vera est cõsequẽtia bona:vt vos estis mouens/vel vos estis currens:ergo vos estis mouens.

¶ Alia regula est hec. arguendo a tota disiunctiua/ ad alteram eius partem cum opposito vnius partis:uta'q; oppositum consequentis non sumitur in minore est consequẽtia bona:vt vos estis homo/vel vos estis asinus.sed vos non estis homo:ergo vos estis asinus.

¶ Item ille terminus vel potest tenere disiunctiue vel disiunctim.tenetur disiũctiue quãdo disiũgit inter propositiões:vt vos estis homo/vel vos estis animal. et tenetur disiunctim quando ponitur inter propositionem et terminum.et tunc est distinguenda penes sensum compositum/et sensum diuisum. Sensus compositus est quando subiectum in prima ꝓpõne est subiectum in scõa ꝓpositionis .S. vel .P. currit. Sensus diuisus est qñ predicatum in prima propositione est predicatũ in secunda propõne.vt .S. currit.vel .P. currit. ¶ Et sciẽdum est q; cõtradictorium disiunctiue est vna copulatiua facta ex oppositis partium illi⁹ disiunctiue:vt vos curritis/vel vos mouemini.oppositũ eius est hoc.vos nõ curritis. et vos nõ mouemini.

¶ De conditionalibus.

¶ Prima regula est hec. conditionalis dicitur bona qñ ꝓpõ formaliter intelligit in antecedẽte:vt ista est bona si vos curritis vos mouemini. ¶ Alia regula est illa. Omis conditionalis bona conuertit cum ꝓpõa que est bona et est necessaria:vt ista est bona .Si hõ currit/asal currit.qz cõuertit cum hac ꝓpõa que est bona.si homo currit:ergo asal currit.et ois cõditionalis que non valet conuertit cũ ꝓpõa que non valet:et est impossibilis. vt hec.si deus est hõ est leo. ¶ Alia regula est ista. Ois conditionalis bona õuertit cum consequẽtia que est bona que conuertit cũ ista ꝓpõa deus est:ergo hõ est leo que non valet.et sine termino relatiuo immediate sequẽte hãc conditionem .s. tantũ valet sicut consequentia facta ex antecedente et consequente eiusdem cõditionalis:vt si vos curritis vos mouemini.tantum valet sicut ista.vos curritis ergo vos mouemini. Sed si terminus relatiuus immediate sequatur si.tunc consequentia non valet tantum sicut consequentia facta ex antecedente et consequente.vt alia ꝓpositio est.et si illa sit vera.tu es asinus.

¶ Alia regula est ista. ad cognoscendũ quãdo cõsequens formaliter intelligitur in antecedente fiat vna consequentia ex antecedẽte et consequente cõditionalis/et si ꝓpõa facta sit bona et formalis:tunc in cõditionali consequens erat intellectum in antecedente.

¶ Alia regula est ista. oppositũ cõditionalis debet dari per negationem prepositam toti. Ut oppositũ istius. Si sortes currit.P. currit.est hoc.non si sortes currit.P. currit.que formaliter repugnant. Et tunc illud equipollet vni exceptiue facte ex antecedente conditionalis et predicato ꝓpõis,

De regulis omissis.

vt illa. Non si vos estis homo vos estis animal. equivalet hnic. vos estis homo licet vos non estis animal.

¶ Alia regula est ista. a tota conditionali cū suo an

tecedente ad consequens eiusdem est ꝓña bona: vt si ego sum homo ego sū aial. sed ego sum homo. ergo ego sum animal.

¶ Alia regula est. a tota cōditionali cū oppolito cō

sequentis ad oppositum antecedentis est consequentia bona: vt si tu curris tu sedes. sed tu non sedes: ergo tu non curris. Et nota q̄ antecedens in cōditionali est illud quod immediate sequitur hanc notam si. sive sit prius sive sit posterius. prius: vt si homo currit animal currit. posterius: vt animal movetur si homo currit.

¶ Alia regula est ista. quedā est cōditionalis bona

et simpliciter. et quedā est conditionalis bona vt nūc. Cōditionalis bona vt nūc est cuius antecedens non potest iam esse verū: vt si vos estis londonijs vos estis homo. Bona simpliciter est talis cuius antecedens non modo potest esse verum nisi consequens fuerit verum: vt si tu es homo. tu es animal.

¶ De regulis omissis

¶ Prima regula hec est. subiectis et copulis existen

tibus eisdem et predicatis variatis secundum sub ⁊ supra/ sine negatione sine distributione et sine aliqua dictione habente vim negationis vel distributionis est consequentia bona. Sub. idem est quod inferius. Supra idem est quod superius. Unde ista consequentia est bona. Sortes fuit albus heri. ergo sortes fuit albus. quia iste terminus albus heri est inferius ad istum terminum albus. per regulā omne se habens per modum appositionis. ꝛc.

¶ Alia regula. vbi in aliqua consequentia sunt plu

res premisse si ex opposito consequentis cum altera premissarum sequitur oppositum alterius premisse. tunc est consequentia bona. Ut omis homo currit. tu es homo. ergo tu curris: quia ex opposito consequentis cum minore sequitur oppositum maioris. q̄ sequitur tu non curris et tu es homo: ergo aliquid quod est homo non currit. Similiter ex opposito consequentis cum maiore sequitur oppositum minoris: quia sequitur. tu non curris. et omnis homo currit: ergo tu non es homo.

¶ Alia regula est. quando subiecta aliquarum ꝓ

positionum sunt eadem vel convertibilia. et copule sunt eedem. et predicata convertuntur. et propositiones sunt eiusdem qualitatis et quantitatis/ et terminꝰ ꝑcise ꝓ eisdem supponunt. est consequentia bona. tanꝫ ab vno cōvertibili ad reliquum vt ista cōsequēa est bona. Sortes est homo. ergo sortes est animal rationale et mortale. Sed ista cōsequēa non valet. Quilibet hō est masculus. ergo oīs hō est masculus. q̄ termini precise ꝑ eisdē non supponūt ¶ Nota q̄ termini dīr convertibles qñ mutuo se inferunt respectu cuiuscunq; verbi.

Alia regula est. De qualibet re singulari in mundo

dicit alterū contradictoriorꝫ incōplexorꝫ et de nulla re dicuntur ambo quia nulla res est in mundo que simul est homo et non homo. Contradictoria complexa sunt propositiones contradicentes. vt quidam homo currit. et nullus homo currit. Et contradictoria incomplexa sunt termini contradicentes: vt homo non homo. Unde de qualibet re in mundo dicitur vnum istorum incomplexorꝫ: et de nulla re dicūtur ambo. scilicet homo ⁊ non homo. quia omnis res in mundo aut est homo aut non homo. Et de nulla re dicuntur ambo: quia nulla res est in mundo que simul est homo et non homo.

De regulis omissis.

¶ Alia regula est ista. Jn omni cõsequentia bóna ex formali qñ arguit ab inferiori ad suũ supius. tũc ad aliquatẽ ꝓñtis sequit aliquas ãtis: vt hõ currit/ergo aial currit. vñ bñ sequit. aliud ab aiali currit: ergo aliud ab hoie currit. ¶ Sed ꝓtra istã regulã arguit sic. Jsta ꝓña est bona. hõ est hõ: ergo hõ est aial. et tñ non sequit cõtra aliud ab hoie est aial: ergo aliud ab hoie est homo. ¶ Ad hoc dicendũ est. q̃ ille terminus aliud in antecedente debet immediate precedere terminum inferiorem et superiorem: sed sic non est in proposito. ideo non arguitur secundum regulam. Obiectio. Responsio.

¶ Alia regula est ista ad quãcunq; ꝓpõnem verã sequit suũ dictũ fore verũ. oẽ enĩ dictũ ꝓpõnis debet dari. vertendo nominatiuũ in accusatiuũ et verbum indicatiuum in verbum infinitiuum vel ꝓponẽdo istã coniunctionem q̃. toti. Unde sequitur deus est. est verum. ergo deum esse est verum vel q̃ deus est. est verum.

¶ Alia regula est. Jn singularibus non refert ꝓponere vel postponere negationẽ ad dandũ contradictoriũ. Ut sortes currit. cõtradictoriũ cius est hec. non sortes currit. vel sortes non currit.

¶ Alia regula est ista. ab affirmatiua de predicato infinito ad negatiuã de predicato finito: est ꝓña bona: vt vos estis nõ asinus. ergo vos nõ estis asinus. ¶ Sed ista regula hz intelligi in terminis rectis cũ verbo de ꝓsenti non ampliatiuo cũ verbo substantiuo et nõ adiectiuo: vt sequit formaliter. tu es nõ hõ: ergo tu nõ es hõ. Sed non tenet in verbis adiectiuis: vt tu amas non hominẽ: ergo tu nõ amas hominẽ. Exemplũ de preterito. vt tu fuisti non iustus: ergo tu non fuisti iustus. quia ãs põt esse verũ et ꝓñs falsũ/posito q̃ in aliquo tẽ pore fuisti iustus. et in aliquo tpe nõ. tunc ãs est verũ et ꝓñs falsũ. q̃ nõ fuisti iustus: q̃ equivalet huic. in nullo tpe ante hoc fuisti iustus. Nec cum verbo de futuro. propter eandẽ rationẽ. Exemplũ in terminis relatiuis. Ut non sequitur. Sortes est non pater: ergo sortes non est pater.

¶ Alia regula est ista. a negatiua de predicato finito ad affirmatiuã de ꝑdicato infinito cũ cõstãtia subiecti est ꝓña bona. Ut tu nõ es albus/et tu es: ergo tu es non albus. Jn plurali numero nõ valet/nec in obliquis vt in ista domo tu non es homo/et tu es: ergo in illa domo tu es non homo.

¶ Alia regula est ab affirmatiua de predicato priuato ad negatiuam de predicato finito est consequentia bona. Ut tu es iniustus ergo tu non es iustus.

¶ Alia regula. Nomia et verba trãspolita idem significãt. Ut hõ est aial: ergo aial est hõ. ¶ Sed cõtra istã regulã arguit sic. Stulta sit ꝓña. sequit q̃ ista ꝓña est bona. Dis hõ est aial: ergo oẽ aial est hõ. et tñ ꝓña ẽ falsa: ergo. ꝛc. ¶ Hinc dr q̃ illius dicti eandẽ rẽ significat in vna ꝓpõe sicut i alia non tamẽ ꝓpões eodẽ modo significãt quia in transmutatione terminorũ multum variantur significationes propositionum.

¶ Alia regula est a diuisis ad coniuncta raro tenet ꝓsequẽtia. Ut tu es bon⁹. et tu es carpẽtari⁹: ergo tu es bonus carpentarius.

¶ Alia regula est ista. dis ꝓpõ vera de preterito non est vniuersalis de simplici subiecto et de simplici predicato. cuius veritas nõ dependet a futuro: est necessaria. Ut tu fuisti.

¶ Alia regula est ista. Dis ꝓpõ vera de preterito

relinquit vnam veram de presenti. Ut si hec sit vera: tu sedisti/aliquando erat verum dicere tu sedes. Eodem modo de futuro. vt si hec sit vera tu sedebis: aliquando erit verum dicere tu sedes.

¶ Alia regula Quādo arguitur ab inferiori ad superius a parte predicati cum hoc verbo incipit vel desinit prepositionē valet ꝓña sed aliquando tenet gratia terminoꝝ in substantialibus. vt sortes incipit esse homo: ergo sortes incipit esse animal. Sed non sequitur. vos incipitis videre hominem. ergo vos incipitis videre animal. qz hoc predicatū incipiens videre animal est terminus accidētalis: et similiter incipiens videre hoiem. Sed ab inferiori ad suū superius a parte subiecti cū hoc verbo incipit vel desinit postposito. est consequentia bona. vt homo incipit currere: ergo animal incipit currere.

¶ Alia regula est ista. Jn necessarijs non refert annunciare vniuersaliter. Ut homo est animal: ergo omnis homo est animal. Et cōtra. omnis homo est animal: ergo homo est animal.

De suppositionibus.

Quoniam ignorātes suppositiones terminorum veritates propositionum latent. Jdo circa suppositiones plura oportet scire. Primo quid sit suppositio. Secōo qui termini supponunt: et qui non. Tertio vbi supponunt: et vbi non. ¶ Et sciendum est q nullus terminus extra orationem potest supponere: sed solum in oratione: vt ille terminus homo extra orationem nō supponit: sed solum in oratione: vt homo currit. ¶ Et sciendum est q nullus terminus supponit nisi subiectum et predicatum: signum vniuersale nō supponit: sed facit subiectum et predicatum supponere: et sic facit ista dictio non: et alie negationes. et differt aliud non idem comparatiuus gradus superlatiuus et termini modales.

De tertio

De secundo.

¶ Et sciendum est. q nulla pars extremi supponit sed toti extremo detur suppositio.

De primo

¶ Sppositio est quedam proprietas extremi ad extremum secundum q vnum extremum ordinatur ad aliud. Uel est significatio termini cathegoreumatici positi in oratione. Uel suppositio est virtus et prietas in termino categoreumatico posito in oratione: et sunt ternum cathegoreumatici omnia nota aliquid per se significantia: vt homo/lignum/lapis: et similia. ¶ Et extrema in propositione sunt subiectum et predicatum.

¶ Terminus syncategoreumaticus est ille qui p se positus nichil significat: vt dictiones negatiue/signa vniuersalia/et aduerbia numeralia: vt semel/bis/ter/quater. ¶ Item arguendo ab inferiori ad suum superius in partibus extremiorum non valet consequentia. et arguitur ab inferiori ad suum superius in partibus extremorum quando vna pars in antecedente est inferius ad aliā partē in ꝓñte: et nō totū subiectū in añte est inferius ad totū subiectū in consequente: vt sortes albus currit: ergo. p coloratus currit.

¶ Nota q suppositio est duplex scz ꝓpria et impropria. Suppositio impropria est qñ dictio sigt aliꝝ ex cōiusu loquendi & exptumaria institutione: vt anglia pugnat/bibo cyphum. ¶ Suppositio propria est quando terminus supponit pro illa re in propositione & significat extra propositionē. et ꝺr triplex scz materialis/simplex/personalis. ¶ Suppositio materialis est quādo dictio supponit pro solavoce et nō p suo significato: vt asno est verbum/ego est pronomē. ¶ Suppositio simplex est qñ terminus cōis supponit p quadam natura communi: vel quodam conceptu in anima per quem comprehendimus rem extra animam: vt homo est species: animal est genus. ¶ Suppositio personalis

eſt quando terminus ſupponit pro ſuo ſignificato: vt homo eſt animal. ¶ Suppoſitio perſonalis dicitur dupliciter. ſcilicet diſcreta ⁊ communis. ¶ Diſcreta eſt quando terminus diſcretus ſupponit per ſe: vel pronomen demonſtratiuum: vt ſortes currit vel iſte currit. Et illa dicitur dupliciter, ſcilicet diſcreta ſimplex: et diſcreta compoſita. ¶ Suppoſitio diſcreta ſimplex eſt in termino diſcreto ſimplici: vt in hoc termino. S. vt hic ſortes currit: plato currit. ¶ Suppoſitio diſcreta cõpoſita eſt propietas in termino diſcreto compoſito: vt hic ſortes albus currit. ¶ Suppoſitio communis eſt quando terminus communis ſupponit. Et dicitur dupliciter. ſcilicet ſuppoſitio determinata ⁊ ſuppoſitio confuſa. ¶ Suppoſitio determinata eſt quando terminus communis ſupponit pro ſuis ſuppoſitis ſcz inferioribus ad quodlibet eorum contingit deſcendere diſiunctiue: et non copulatiue, vt quidam homo currit: ergo ille vel illa: vel ille vel illa: et ſic de ſingulis. ¶ Suppoſitio confuſa dicitur dupliciter. ſcz confuſa et diſtributiua: et confuſa tantum. ¶ Confuſa et diſtributiua eſt quãdo terminus communis ſupponit pro ſuis ſuppoſitis: et ad quodlibet eorum contingit deſcendere copulatiue, vt omnis homo currit: ergo ille et illa: et ſic de ſingulis.

¶ Et ſciendum ꝙ terminus ſyncategoꝛeumaticus

affirmatiuus ſiue ſignum vniuerſale affirmatiuum facit terminũ immediate ſequentem ſtare confuſe et diſtributiue et omnis terminus communis mediate ſequẽs ſignum categoꝛeumaticum: ſiue ſignum vniuerſale affirmatiuum ſtat confuſe tantum. ¶ Suppoſitio confuſa tantum eſt quando terminus ſupponit pro ſuis ſuppoſitis: et non poteſt deſcendere ad ea nec copulatiue/ nec diſiunctiue: et ſic ſtat predicatum huius propoſitionis omnis homo currit: ergo omnis homo eſt hoccurrens: n eꝛ hoc currens vel hoc: et ſic de ſingulis.

¶ Suppoſitio diuiditur ſic.



¶ Et ſciendum ꝙ ſyncategoꝛeumatica ſunt dictiones numeꝛũ vel multitudinem ſignificantes: vt ſigna vniuerſalia: et aduerbia numeralia: vt ſemel/bis/ter/quater. Unde in illa propoſitione bis comedi panẽ: iſte terminus panẽ ſtat confuſe tm̃: qz nõ, conuenit deſcendere ad ſua ſingularia nec copulatiue nec diſiunctiue: quia non ſequitur bis comedi panem: ergo bis comedi iſtum et illum: et ſic de ſingulis. Sed in iſta propoſitione: bis panem comedi. ly panem ſtat confuſe et diſtributiue: quia immediate ſequitur ſignum ſyncathegoreumaticum: et ſic propoſitio eſt falſa: quia ſequitur bis panem comedi: ergo bis iſtum panem comedi: et iſtum: et ſic de ſingulis.

¶ Alia regula eſt iſta. Quando duo paria officialia

cadunt ſup ynũ terminũ cõem quoꝛ vtrumq; habet vim confundendi terminum ſic ille terminus ſtabit cõfuſe tantũ vel determinate: vt vos differtis ab omni homine. ly hoie ſtat confuſe tm̃. ¶ Alia regula eſt iſta. terminus cõis vel diſcretus ſupponẽs verbo de p̃ſenti nõ ampliatiuo a pte ſubiecti ſupponit ſolũmodo p iſtis q̃ ſunt: vt ille homo currit. ſic ſupponit homo q̃ eſt currit. ¶ Item terminus cõis vel diſcretus ſupponẽs verbo de preterito a parte ſubiecti ſi non diſtribuatur ſupponit diſiunctiue pro illo qõ eſt: vel p illo qõ fuit: vt homo fuit rome. ſic ſupponit homo qui eſt fuit rome: vel hõ qui fuit fuit rome: a ſi diſtribuatur ſupponit copulati

ne ꝓ illo quod eſt: ꝛ ꝓ illo qđ fuit. vt ois homo fuit rome. ſic ſupponit ois homo qui eſt fuit rome: et ois homo q̄ fuit fuit rome. ¶ Itē terminus cōis vel diſcretus ſupponens verbo de futuro a parte ſubiecti ſi nō diſtribuat ſupponit d ſiunctiue ꝓ illo qđ eſt: vel ꝓ illo qđ erit. vt homo erit rome ſic ſupponit: homo qui eſt erit rome: vel homo q̄ erit erit rome. et ſi diſtribuatur ſupponit copulatiue ꝓ illo qđ eſt et ꝓ illo quod erit. vt omnis homo erit rome: ſic ſupponit omnis homo qui eſt erit rome: et omnis homo qui erit erit rome.

¶ Item terminus cōis ſupponens huic verbo pōt a parte ſubiecti ſi nō diſtribuatur ſupponit diſiūctiue ꝓ illo quod eſt vel ꝓ illo qđ poteſt eſſe: vt aliquis homo poteſt eſſe rome: ſic ſupponit. aliquis homo q̄ eſt poteſt eſſe rome: vel aliquis homo qui poteſt eſſe poteſt eſſe rome. et ſi diſtribuat ſupponit copulatiue: vt omnis homo poteſt eſſe rome: ſic ſupponit. omnis homo qui eſt poteſt eſſe rome: et omnis homo qui poteſt eſſe poteſt eſſe rome. Et ſic dicendum eſt de iſtis verbis incipit et deſinit. ¶ Et notandum q̄ verbum ampliatiuum ſunt omnia verba de preterito et futuro: ſed maxime iſta verba incipit, deſinit, poteſt: et apparet. Et verbum ampliatiuum eſt illud quod ponitur in aliqua propoſitione vera et affirmatiua in qua predicatum predicatur de ſubiecto ſignificante rem nō exiſtem vel exiſtem. Exemplū de termino ſignante rem nō exiſtem. vt antixp̄s poteſt predicare. Exemplū de termino ſignante rem exiſtem: vt homo pt currere. ¶ Terminus cōis ſupponēs a pte ſubiecti ſi nō diſtribuat ſupponit reſpectu ſui ampliati ꝓ illis q̄ ſunt et ꝓ q̄bus verbū ampliat diſiunctiue: ſi diſtribuat: tunc ſupponit pro illis q̄ ſunt et ꝓ q̄bus verbum ampliat copulatiue.

¶ Nota q̄ in omni vniuerſali affirmatiua ſubiectū ſupponit confuſe et diſtributiue: et predicatum confuſe tantum. Vt omnis homo eſt animal. ¶ Item in omni vniuerſali negatiua tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponunt confuſe et diſtributiue. vt nullus homo currit: ergo nec ille nec illa: et ſic de ſingulis. ¶ Et nota etiam. q̄ ſicut hec dictio et eſt copulatiua in affirmatiuis: ita hec dictio nec eſt copulatiua in negatiuis. ¶ Item in omni particulari affirmatiua tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponunt determinate: vt quidam homo eſt animal: ergo ille homo eſt animal vel ille: et ſic de ſingulis. ¶ Item in omni particulari negatiua ſubiectum ſupponit determinate: et predicatum confuſe et diſtributiue. Unde ſequitur. quidē homo non eſt animal: ergo quidam homo non eſt hoc animal: nec hoc: et ſic de ſingulis. ¶ Item in indefinita tam affirmatiua q̄ negatiua ſubiecta et predicata ſupponunt ſicut in particulari affirmatiua: et in particulari negatiua.

¶ Item in omni ſingulari affirmatiua ſi predicatum ſit terminus diſcretus: vel pronomen demonſtratiuum tam ſubiectum q̄ predicatum ſupponunt diſcrete: ſed ſi predicatum fuerit terminus communis: tunc ſtat determinate: et ſubiectum diſcrete. vnde ſequitur. wylhelmus eſt animal: ergo wylhelmus eſt hoc animal: vel hoc: et ſic de ſingulis. ¶ Item in omni ſingulari negatiua ſi predicatum ſit terminus communis ſubiectum ſupponit diſcrete: et predicatum confuſe et diſtributiue: vt wylhelmus non eſt homo. ſed ſi predicatū ſit terminus diſcretus: tunc diſcrete ſupponit.

A ſubiec. con. diſ. pre. con. tantum ſtare debet.
E ſubiec. et pre. ſtant confu. diſtributiue.
I ſubiec. et pre. tib: ſtant determinate.
O ſubiec. deter. pre. con. ſtat diſtributiue.
Sin. ſub ſupponit ſemper diſcrete. q̄. deter.
Pre. ſi commune. ſi non diſcrete. teneatur.
Sm. ne commune. pre. confu. diſtributiue.
Si ſit diſcretus diſcrete ſemper habetur.

¶ A ſignificat vniuerſalem affirmatiuam. E vniuerſalem negatiuā. I particulare affirmatiuā. O particulare negatiuā. Sin. ſingulare affirmatiuā. Sin. ne.

singularem negatiuam. Subic. i. subiectum. Con. dis. id est confuse et distributiue. Pre. i. predicatum: de. determinate. con. i. confuse tantum.

¶ Sequitur de dictionibus que habent vim cõfundendi terminos / et tales sunt multe scilicet omnia signa vniuersalia: et ista dictio non: et hoc verbum differt / aliud / et nõ idem: et hec dictio scientiꝰ cõparatiuus superlatiuus dictiones exclusiue et exceptiue signa modalia incipit / desinit: et omnes dictiones habentes vim negationis. ¶ Confundere terminum dicitur dupliciter. scilicet mobiliter et immobiliter. Confundere terminum mobiliter est facere terminum stare confuse et distributiue: sic q̃ conuenit cũ descendere ad sua singularia copulatiue, et sic supponit subiectum huius propositionis omnis homo currit: virtute istius signi omis: quia sequitur omnis homo currit: ergo ille homo currit et ille et illa. et sic de singulis. Similiter differtis ab homine. ille est homo: ergo vos differtis ab isto hoie quia a termino stante confuse et distributiue ad aliquod eius suppositum cũ debito medio est consequentia bona: et confundere terminum immobiliter est facere terminum stare confuse tantum sic q̃ non cõuenit cum descendere ad sua singularia nec copulatiue, nec disiunctiue: et sic supponit predicatum istius propositionis: omnis homo est animal: et sic non sequitur, omnis homo est animal: ergo omnis homo est hoc animal: et hoc neq̃ hoc vel hoc: et sic de singulis. ¶ Et nota q̃ quando aliquis terminus supponit confuse et distributiue ratione alicuius dictionis: dempta dictione virtute cuius sic supponit: tunc stabit determinate. Et est stare determinate quando terminus sic supponit et potest descendere ad sua suppposita disiunctiue: vt homo currit: ergo ille vel illa: et sic de singulis.

¶ Alia regula est ista a termino stante immobiliter ad terminum stantẽ mobiliter non valet consequentia: vt vos differtis ab omni homine: ergo vos differtis ab homine.

¶ Alia regula est ista. ab inferiori ad suũ superius cum aliqua istarum dictionũ immediate precedentium terminum inferiorẽ / superiorẽ non valet ꝓpõ: vt vos differtis ab illo homine: ergo vos differtis ab homine. Sed a superiori ad suum inferius cũ cõstantia subiecti et est ꝓpõ bona: vt vos differtis ab hoie: ille est homo: ergo vos differtis ab isto hoie. ¶ Alia regula est ista quicquid immobiliter mobiliter stans mobiliter immobiliter stans. i. quando aliquis terminus per suam appositionem facit terminum stare determinate vel confuse tantum: qui prius stetit confuse et distributiue: et tunc ille terminus per suam remotionem facit eum stare confuse et distributiue: vt in ista propositione. nõ oia homo currit: iste terminus homo per suam suppositionem supponit determinate propter istum terminum non: et si removetur ille terminus non: tunc supponit cõfuse et distributiue. et sic de consimilibus terminis.

¶ De resolubilibus.

Terminus in quem resoluitur propositio vt in subiectum et predicatum et de quo predicatur compositio vel diuisio esse vel non esse.

¶ Terminus est illud in quod diuiditur propositio: vt in subiectum et predicatũ siue propositio sit affirmatiua siue negatiua: et sic subiectum et predicatum dicũtur termini et copula. Nam predicatum dupliciter accipitur. Uno modo pro toto illo quod predicatur de subiecto: et sic verbum est predicatum vel pars predicati. Alio modo pro toto illo quod specificat copulam: et sic dicitur predicatum nominatiuus apponens: vt ait Boetius in primo topicoꝝ. capi. ij. Terminos aũt voco nomina et verba: ex quibus propositio annectitur.

Duplex est terminus.

¶ Duplex est terminus. Mediatus et imediatus.

¶ Terminus mediatus est ille terminus qui habet aliquod medium per quod potest probari. ſ. terminū ſuperiorē vel inferiorē. Terminus immediatus est ille terminus qui nō habet aliquod medium per quod potest probari. Et hoc dupliciter. ¶ Primo modo dicitur terminus immediatus: quia nō habet medium inferius per quod potest probari. et sic sunt oia pronoia demonſtratiua in singulari numero: et omnes termini discreti: et discrete tenti. et aduerbia numeralia. Item aliquando terminus discretus potest impropie resolui: vt robertus sedet. hoc sedet. et hoc est robertus: ergo robertus sedet. Sed pronomē non potest resolui ne q3 proprie neq3 impropie: qr pronomen est ſimplicius nomie/eo q3 ſignificat ſubſtantiam meram et non ſubſtantiam cum qualitate. ¶ Alio modo dicitur terminus immediatus: quia nō habet medium ſuperius per quod potest probari. Et illo modo verba ſubſtantiua ſunt termini immediati: quia non habent medium ſuperius per quod poſſunt probari: vt ſum es fui. Unde omnis propoſitio i qua omnes termini ſunt immediati: dicitur propoſitio immediata que debet probari per ſenſum vel per intellectum. vt ille homo est sortes. ſic probatur: ego ſcio vel intelligo q3 ille homo est sortes. ergo ille homo est sortes.

Terminus mediatus est triplex.

¶ Terminus mediatus est triplex. ſcz aliquis est resolubilis/aliquis expombilis/et aliquis officialis.

¶ Terminus resolubilis est omnis terminus ſupponens determinate que ſunt nomina appellatiua et nomina adiectiua in neutro genere ſubſtantiuata. et oia propoſitio cuius primus terminus mediatus est terminus resolubilis dicitur p̄ poſitio resolubilis: que habet resolui per duas resoluentes/isto modo. demantur terminus resolubilis: et in loco eius ponatur hoc pronomen demonſtratiuū hoc. omnibus aliis manentibus: ſalua congruitate. et ſic habebit prima resoluens.

In ſecunda resoluente hoc pronomen demonſtratiuum hoc. erit ſubiectum ſynonymum cum priori ſubiecto. id est conſimile in voce et ſignificatione et predicatum erit terminus resolubilis. et copula erit hoc verbum sum es fui. cū verbo proportionabili. Exemplum. homo sedet. ſic resoluitur. hoc sedet. et hoc est homo: ergo homo sedet. ſic de ſimilibus. Et additur in ista regula cum verbo proportionabili: quia ſi verbum ſit ampliatiuum debet addere ipſum verbum cum diſiunctione ad hoc verbum sum es fui. Et ſi verbum ſit de preterito/dicendum est in ſecunda reſoluente est vel fuit: vt homo cucurrit: ſic reſoluitur hoc cucurrit et hoc est vel fuit homo. et ſi verbum ſit de futuro: tunc dicendum est in ſecunda reſoluente est vel erit: vt aſinus curret: ſic reſoluitur. hoc curret. et hoc est vel erit aſinus. Sed ſi verbum principale ſit hoc verbum potest vel aliquod verbum q3 ampliat in ſecunda reſoluente. proprium ampliatiuum debet addi ad hoc verbum sum es fui. cum diſiunctione: vt homo claudus potest ambulare. ſic reſoluitur. hoc potest ambulare. et hoc est vel potest esse homo claudus. homo mortuꝰ pōt celebrare miſſā. ſic reſoluit. hoc pōt celebrare miſſā et hoc est. vel pōt homo mortuus. hora incipit esse. ſic reſoluit. hoc icipit esse. et hoc est vel incipit cē hora.

¶ Obſeruetur hec regula ſiue terminꝰ resolubilis ponatur a parte ſubiecti vel a parte predicati. dummodo nullus terminus alius diſtribuatur a termino resolubili. nam ſi terminus diſtribuatur a termino resolubili. tunc additur ſignum vniuerſale ad terminum diſtributiuum in ſecunda reſoluente a parte ſubiecti et terminus resolubilis erit predicatum. et hec est cauſa: vt terminus eodem modo ſupponat in ſecunda reſoluente ſicut in reſoluto vt differens a currente erit sortes. ſic reſoluitur. hoc erit. S. et hoc ab omni currente est vel erit differens. Similiter aliud ab cpo potest esse iſte homo. ſic reſoluitur, hoc potest esse ille homo. et hoc ab omni cpo est vel potest esse aliud.

¶ De expombilibus

De exponibilibus

Termini exponibiles sunt isti. Dia signa uniuersalia/dictiões exclusiue et exceptiue/termini modales: vt possibile/impossibile/contingens/et necessarium. Differt aliud nonidem/positiuus/comparatiuus/superlatiuus gradus: et aduerbia numeralia: vt semel/bis/ter/quater. Incipit/desinit infinitum/inquantum/et immediate et multa alia de quibus per ordinem est dicendum.

¶ Uniuersalis affirmatiua exponit per duas exponentes. Prima exponēs vniuersalis erit sua subalterna. Secūda erit vniuersalis negatiua de cōsimili subiecto et cōtradictorio predicato vel et equiualente: vt ista. omis hō currit: sic exponit. aliq̄s qō est hō. currit. et nichil est hō quin ille vel illa currit. vel sic: et nemo est nō currens. vel sic. nichil est hō qui vel que non currit. In secunda exponente relatiuum debet poni immediate post terminum distributum in eodem casu/genere/et numero cum termino distributo et verbum relatiui debet negari: vt in exemplo priori. et obseruatur eadem regula in secunda exponente que data fuit in secunda resoluente. de verbo ampliatiuo. scilicet qualiter debet ampliari. Rla notanda

¶ Sed quia vniuersalis multipliciter variat. Nā aliqua est vniuersalis i recto/aliā in obliquo: alia de simplici subiecto/alia de simplici predicato: et alia de disiuncto subiecto: et alia de copulato subiecto. ideo ponitur exemplū primo de vniuersali in recto: vt omis hō currit/q̄ prius exposita est. Exemplū in obliquo et hoc dupliciter. vel quia rectus precedit obliquum quem regit vel econtra. Si rectus precedat obliquū quem regit: tunc vterq; terminus distribuitur. et vterq; terminus erit subiectum in vniuersali negatiua: vt hic. quilibet singularis alicuius vniuersalis est vera: sic exponitur. aliqua singularis alicuius vniuersalis est vera. et nulla est singularis alicuius vniuersalis quin illa est vera. Si obliquus non regitur a recto/tunc rectus distribuitur: et obliquus nō. Vel si obliquus precedit rectū vbi obliquus distribuit et rectus non. tunc terminus distributus ponitur a parte subiecti in scūda exponente. et termin⁹ non distributus vel supponens cōfuse tm̄ ponit a parte relatiui. Exemplū primi: vt omis hō homem diligit: sic exponit. hō homem diligit. et nichil est hō quin ille vel illa hominem diligit. Exemplū secūdi. cuiuslibet hois asinus currit: sic exponitur. alicui⁹ hois asinus currit: et nichil est hō q̄n asinus currit. Exemplū de vniuersali de copulato subiecto: vt omnis homo et asinus currunt: sic exponitur. homo et asinus currunt: et nulla sunt homo et asinus que non currunt. Exemplum de disiuncto subiecto: vt omnis propositio vel eius contrarium est verum. sic exponitur. Aliqua propositio vel eius contrarium est verum. et nulla propositio vel eius contrarium quin illud est verum. Uniuersalis multipliciter variat

¶ Pro quo notandum est q̄ omnis propositio vniuersalis affirmatiua in qua subiectum est disiunctum ex duobus terminis est distinguenda penes hoc q̄ totum disiunctum distribuatur. vel prima pars disiuncti. Nam secundum distributionem diuersam illa propositio diuersimode habet exponi. quia relatiuum debet immediate sequi terminum distributum: vt prius dictum est. Exemplum: vt omnis homo vel asinus est asinus. Si totum disiunctum distribuatur: sic habet exponi. homo vel asinus. et a⁹: et nichil est homo vel asinus quod non est asinus. ergo omnis homo vel asinus est asinus. et hic est falsa.

¶ Si prima pars disiuncti distribuatur: sic exponitur. homo vel asinus est asinus et nichil est homo quin ille vel asinus est asinus. et sic illa propositio est vera. Hic conformiter dicendum est de similibus. Exemplum quando relatiuum i vniuersali ponitur a parte subiecti: vt omne quod erit est: sic exponitur. aliquid quod erit est. et nichil est quod erit quin illud est.

De exclusiuis/et Exceptiuis.

¶ Omne qđ fuit est:sic exponit. Aliquod quod fuit est.ꝛ nichil est qđ fuit ḋn illud est. ¶ Dis hō qui primus fuit est:sic exponit hō qui primus fuit est:et nichil est hō qui primus fuit ḋn ille est. Exemplū qñ relatiuū ponit a parte predicati. Dis propositio est vera cuius cōtrariū est falsum:sic exponitur Aliqua propositio est vera cuius contrarium est falsum. et nulla est propositio q̄ non est vera/cuius contrarium est falsum.

¶ Nota q̄ quando relatiuum ponitur in vniuersa li affirmatiua a parte subiecti/sic relatiuū cū verbo erit distributū: vt omnis homo qui est albus currit.vbi hoc totum homo qui est albus distribuitur.

¶ Et nota q̄ vniuersalis affirmatiua in qua relatiuum ponitur a parte predicati equualet vni copulatiue facte ex eisdem terminis:sic q̄ antecedens relatiui distributum ponatur in loco relatiui: vt omnis homo est pater qui habet filium equualet huic.omnis homo est pater.ꝛ omnis homo habet filium.

¶ Exemplum vbi hoc verbum potest est principale verbum:vt omne animal potest currere/sic exponitur.aliquod animal potest currere.et nullum est animal vel potest esse animal quod non potest currere.

¶ Exemplum vbi hoc verbum incipit est principale verbum:vt omis homo incipit esse.aliquid quod est homo incipit esse et nihil est homo vel incipit esse hō qui vel q̄ non incipit esse.ꝛ similiter cū hoc verbo desinit.

De exclusiuis.

Exclusiua exponitur per duas exponentes. Prima exponens erit precedens exclusiue.

¶ Secunda erit vniuersalis de subiecto et qualitate oppositis subiecto.et qualitati precedentis:vt tm̄ homo nō currit.sic exponitur. homo nō currit.sed quodlz non homo currit.Sed notandum est q̄ in hac propositione tm̄ non omnis homo currit.iste terminus nō potest teneri infinite vel negatiue.Si negatiue sic debet exponi.homo non currit.sed quodlibet non homo currit.Sed tenendo non infinite sic debet exponi.ens non omnis homo currit.ꝛ nichil non ens non omis homo currit.vel nichil quod est non omnis homo currit.

¶ Item ille terminus non tenet solum infinite quādo cadit sup predicatum propositionis:vt sortes est non homo.et ista dictio non solum negatiue tenet quando immediate precedit verbum principale propōne.vel quando totam precedit propositionem.s.ꝛ subiectum et signum:vt hic nō dis homo currit.sed ista dictio non posita inter signum et subiectum vel inter partes subiecti potest indifferenter sumi.scilicet vel negatiue vel infinite: vt hic tantū nō omnis homo currit.

De exceptiuis.

¶ Exceptiua exponitur per duas exponentes. In prima exponente.pars extracapta erit subiectū cū predicato exceptiue.et copula erit oppositę qualitatis ad exceptiuam. vel si exceptiua sit affirmatiua.neget eius predicatum de parte extracapta.et sic habetur eius prima exponens.Secūda exponens erit precedens exceptiue cū opposito partis extracapte. pro qua habenda nichil aliud fiat nisi mutet exceptiua in istū terminū non.et actū in nominatiuū. Exemplū. Dis homo preter sortē currit:sic exponit. sortes nō currit

sed ois homo non sortes currit. Exemplum negatiue. nichil preter sortem currit sic exponitur. sortes currit. et nichil non sortes currit.

¶ Differt aliud/ꝛ nōidem: debent exponi per tres

De differt.

exponentes. quarū due prime erunt affirmatiue implicātes extrema esse ꝛ tertia erit negatiua negās scōm extremū a primo. vt ptz in exēplo sequenti subiectū pri mi exponentis erit termin⁹ synonymus cū subiecto ppōnis exponende. Subiectū scde exponētis erit obliqu⁹ imediate sequēs aliqua istarū dictionū differt aliud et nōidē. mutatus in rectū. et ille erit ppōnes affirmatiue. et in illis hoc verbū Sū cs fui. predicat scōm adiacēs. Tercia exponens erit negatiua de subiecto synonymo cū subiecto prie exponēnis ꝛ predicatū erit terminus synonymus cū subiecto scde exponētis. Ut ego differo ab hoie sic exponit. ego sū et ois hō est ꝛ ego nō sū hō. Ego sū aliud ab asino. sic exponit. Ego sū et ois asinus est. et ego non sū asinus. Ego sū nōidē leoni. sic exponit. Ego sū ꝛ ois leo est. et ego nō sum leo.

¶ Notandū ꝙ tria sunt adiacentia in ꝓpositione

Scz subiectū/predicatū/et copula. Et hoc verbū Sū predicat secundū adiacens quando ipsum est principale verbum et non habet predicatum expresse positum vt homo est. et idem verbum predicat tercium adiacens. quando habet predicatum expresse positum: vt homo est currens.

¶ Incipit exponitur duobus modis. Primo modo

De incipit.

ꝑ positionē de ꝓsenti. i. ꝑ affirmationē ꝓsitis tꝑis et per remotionē de preterito. hoc est per negationē preteriti tꝑis. Alio modo ꝑ remotionē de ꝓsenti et ꝑ positionē de futuro. et subiectū in exponētibus erit subiectū ꝓpōnis exponende. ꝛ verbum erit verbū indicatiui modi cuius infinitiuus sequitur incipit. Exemplum. Incipio scire ꝓpōnem de ꝓsenti ꝑ positionē. sic exponit. Ego iam scio propositionem. sed immediate ante hoc instans quod est ꝓsens ego non scivi propositionem. Aliter exponitur eadem propō ꝑ remotionē de ꝓsenti. ego iā sū non scio propōnem. ꝫ immediate post hoc instans quod est ꝓsens ego sciam propōnem.

Incipit esse duas exponentes sibi claudit.
T preterinim remouens tempus ponendoq; ꝓsens.
Ast ꝓsens remouet tempus ponendo futurum.

¶ Desinit exponitur duobus modis. scz per positionem de ꝓsenti. i. ꝑ affirmationē ꝓsitis tꝑis. et remotionē de futuro. i. ꝑ negationē futuri. Vel per remotionē de ꝓsenti. et positionē de preterito. Et quo ad subiectū predicatū et copulā. obseruē eadem regula que data fuit de hoc verbo incipit. vt sortes desinit esse. sic exponit per positionē de ꝓsēn. Sortes iam est. sed immediate post hoc instans. quod est ꝓsens. sortes non erit. Vel per remotionem de ꝓsenti isto modo. Sortes iam non est. sed imediate ante hoc instans. quod est ꝓsens sortes fuit. Similiter sortes desinit currere. ꝛc.

De desinit.

¶ Sequitur de ista dictione immediate:

¶ Pro quo notandū est ꝙ ꝓpō in qua ponit ille terminus imediate hz exponi ꝑ duas exponentes. prīa erit illud quod remanet dēpto illo termino imediate. Et scēa hz dari si propō sit de futuro. preponēdo hoc totū. nullum est vel erit instans. post hoc quin interr illud et hoc. et tūc sequit totū residuū propōnis q̄s sequebat illū terminū hoc in ꝓpōne exponenda. Et si ꝓpō sit de preterito: tūc in scēa exponente primo sumet hoc totū. nullū est vel fuit instans. ante hoc quin inter illud ꝛ hoc. Unde illa ꝓpositio Immediate post hoc sortes curret. sic exponit. sortes curret et nullum est vel erit instans. post hoc quin inter illud et hoc sortes currit.

Immediate.

¶ Et ista propō immediate ante hoc. sortes cucurrit. sic exponitur. ante hoc sortes cucurrit. et nullum est vel fuit instans. ante hoc quin inter illud et hoc sortes cucurrit. et sic de omnibus similibus.

Infinitum

¶ Sequitur de illo termino infinitum.

¶ Pro quo notandū est q ꝑpō exponēda rōne illius termini infinitū: habet exponi per duas exponētes. Primo debet dari demendo illum terminū infinitū: et in loco eius ponendo illum terminum aliqualiter. Et in scōa exponente primo ponatur hoc totū. nō est dare gradū: ꝛ tunc sequaꝝ ille terminus q sequebaꝝ istū terminum infinitum: cū gtō casu: et tunc ponaꝝ ille terminꝰ finitum: cū illo termino qui est hoc verbū excedit: cū toto residuo ꝑpōnis: qō sequebaꝝ principale verbū: et cū illo tertio in ablō casu: q sequebaꝝ illū terminū infinitū. Ūñ ista ꝑpō. infinitū magnū est a. sic exponiꝝ. aliqualiter magnū est a: ꝛ nō est dare gradū magnitudinis finitū: qui illū excedit a/in magnitudine. ¶ Et illa ꝑpō. Infinitū paruū est hoc a. sic exponiꝝ. aliqualiter paruū est hoc a. ꝛ non est dare gradū puitatis finitū quin illum excedit hoc a/in paruitate. ¶ Infinitū bonus est deus. sic exponiꝝ: aliqualiter bonus est deus: et non est dare gradum bonitatis finitū qui melior sit deus. ¶ Infinitū velox erit hoc a sic exponiꝝ: aliqualiter velox erit hoc a. et nō est dare gradū velocitatis finitū quin illum excedit hoc a/in velocitate. ¶ Infinitum cito erit hoc a. sic exponitur. aliqualiter cito erit hoc a. ꝛ non est dare gradum citoritatis finitum quin illum excedit hoc a/in citoritate: et sic de alijs.

Necessarium

¶ Necessarium sic exponitur. necessarium est deus

Impossibile

esse: deus est: et nō potest esse quin deus sit. ergo. ꝛc.

¶ Impossibile sic exponitur. Impossibile est homi-

Contingēs possibile.

nem esse asinum: hominem esse asinum non est nec potest. ꝛc.

¶ Contingit sic exponitur. Contingit hominē currere: homo currit et potest esse q homo non currit. ergo. ꝛc. Et sic de illo termino possibile.

Positiuꝰ gradꝰ

¶ Omnis ꝓpositio de positiuo gradu exponitur

per duas exponentes affirmatiuas in ḡdus mediū cōparandi affirmaꝝ de vtroq; comparatoꝝ: et tertia exponēs erit negatiua excludēs excessum inter scōm comparatū et primū. Ut sortes est ita sapiens sicut plato. sic exponitur. Sortes est sapiēs: et plato est sapiēs: ꝛ plato nō est sapientior sorte. ḡ. ¶ Ūñ in oi cōparatione sunt tria. s. duo ꝑparata inter q fit ꝑparatio: et mediū ꝑparandi. Mediū cōparandi est illud in quo fit ꝑparatio sicut in exēplo priori. sortes est ita sapiens sicut plato: et sortes et plato sunt comparata: et sapiens est mediū comparandi.

Cōparatiuus

¶ Omnis ꝓpositio de comparatiuo gradu expo

nit per duas exponētes affirmatiuas sicut positiuꝰ: et ꝑ tertiā negatiuā excludēdo paritatē ꝛ eqlitatē in mediō ꝑparādi. vt ego sū sapiētior hoie: sic exponiꝝ. ego sum sapiēs: ꝛ oīs homo est sapiēs: et nemo est ita sapiens sicut ego sum. ḡ. ꝛc.

Superlatiuus.

¶ Omnis ꝓpositio de superlatiuo gradu exponi-

tur per duas exponentes affirmatiuas sicut positiuus: et per tertiā negatiuam de cōparatiuo gradu comparationis eiusdē: et per quartā affirmatiuā de cōparatiuo gradu comparationis oppositē. Ut sortes est sapientissimus hoim: sic exponiꝝ sortes est sapiens: et oēs homines sunt sapiētes: et nemo est sapiētior sorte: sed aliqs insipiētior sorte: ergo vel apponat in scōa exponēte ille terminus gradatim. ad declarationē randū diuersitatē in mediō ꝑparandi sic. Sortes est sapiēs: ꝛ oēs homines sūt gradatim sapientes: et nemo est sapientior sorte: sed aliqs insipiētior sorte.

Primum

¶ De istis terminis primum/maximū/ꝛ minimū.

Exemplum primi. Sortes est primus qui venit ad villam. sic exponitur. Sortes est aliqualiter prudens qui venit ad villam: et nullus prior sorte venit ad villam. sed aliquis posterior sorte venit ad villam.

Maximum.

¶ Hoc est maximum quod sortes potest portare/sic

exponitur. Hoc sortes potest portare.et nullum maius illo sortes potest portare. sed aliquid minus illo sortes potest portare.

¶Hoc est minimum quod plato potest videre.sic ex Minimum. ponitur. Hoc plato potest videre.et nullū minus hoc plato potest videre.sed aliquid maius illo.vel aliquid equale plato potest videre.

¶Sed si verbū relatiuū in propōne exponenda rōe istorū terminorū sit negatū.tūc debet exponi per exponētes contrarie qualitatis. Ut illa. Nullus est primus qui non venit ad villam.sic exponitur. Sortes est aliqualiter pridem qui non venit ad villam.sed quilibet prior sorte venit ad villam. et nullus posterior sorte venit ad villam.

¶B est minimum quod sortes non potest videre.sic exponitur. B.sortes non potest videre nec aliquid maius B. sed quodlibet minꝰ b.sortes potest videre.

¶A est maximum quod sortes non potest portare A.sortes non potest portare.nec aliquid tantum nec maius A.quodlibet minus A.sortes potest portare.

¶Relatiuum debet exponi per et/et per illud. Relatiuum.

Quod sic intelligit. Ois ꝓpō affir.in qua ponit relatiuū a pte ꝓdicati relatū ad terminū stantē discrete vel determinate a parte subiecti.dz exponi p copulatiuā vbi in loco relatiui ponitur hec cōiuncto et.et hoc ꝓnomē ille illa illud.qđ debet poni in eodē casu/genere/et numero.sicut positum erat relatiuū. Exemplum.sortes currit qui est albus:sic exponitur.sortes currit et ille est albus.

¶Tribus modis impeditur relatiuū a sua prȝbatione. ¶Primo mō qñ relatiuū refert ad terminū stantē confuse et distributiue. Ut sortes differt ab aliquo asino qz illa propō debet exponi ratione istiꝰ verbi differt. ¶Secundo modo qñ relatiuū refertur ad terminum stantem confuse tantum. Ut hic omnis homo est animal quod est rationale.que debet exponi ratione significnuersalis.et non ratione relatiui. ¶Tertio quando relatiuum ponitur in propositione negatiua:vt hic aliquis homo nō est asinus q est asinus. que debet probari per suum oppositum.

¶Item aliqui termini sunt exponibiles secundum Apparere. suas descriptiones:vt hoc verbū apparet/et hoc verbū significat. Unde apparere.id est sentire vel intelligere. Ut hoc apparet michi.sic exponitur. Hoc sentitur vel intelligitur a me. Unde apparere.i.sentire vel intelligere. ¶Et duplex est apparentia.scilicet sensualis et intellectualis.

¶Significare est aliquid vel aliqua virtute cogno Significare. scitiue reprehensare vel manifestare. Uñ iste terminꝰ hō signt hoiem.sic dz exponi.ille terminꝰ hō repñtat vel manifestat virtuti cognitiue hoiez. Uñ ois cognitio ret fit ꝓ suā intentionē vel speciē. ¶Uñ intētio rei est similitudo rei.et illud idē vocatur species rei.vt si ego cognoscā sortem per sensum vel per intellectum.nunc habeo veram similitudinem.scz in sensu et intellectu.ꝛc.

¶Sequitur de resolubilibus aduerbiorum.

¶Item notandū qꝫ quis regula prius posita/data sit de terminis resolubilibus vel expondibilibus nobis et verbis aliqua tamē adverbia pñt resolui et aliqua exponi. Resolui vt ista aliquando/ante/post/alicubi. Exemplum primi.aliquando sortes erit eps:sic exponitur.tunc sortes erit eps.et

tunc est vel erit aliquando. Ante hysternum diem sortes cucurrit: sic exponit. tunc sortes cucurrit/et tunc est vel fuit ante hysternū diem. Post crastinum diem sortes erit ēps/tunc sortes erit ēps. et tunc est vel erit post crastinum diem. ¶ Exemplum de aduerbijs que dicunt exponi sic. Semper sortes erit. aliquando sortes erit et nullum est vel erit aliquando quin sortes non erit. Ubiq; deus est. Alicubi deus est: et non est dare alicubi vbi deus non est.

¶ Item omnis propositio negatiua debet probari per suū contradictoriū vt si ponat propō negatiua recurratur ad suum contradictoriū. et si eius contradictoriū sit falsum. tunc illa propositio est vera et ecōtra vt hec est vera/nullus homo est asinus: quia hec est falsa. aliquis homo est asin⁹. ¶ Item particularis negatiua potest resolui quando subiectum supponit pro re existente: vt ista. aliquis homo non currit: sic resolvitur. homo non currit: et hoc ē aliquis homo. Alio modo particularis negatiua potest probari per suam subalternam: vt illa aliquis homo qui est asinus nō est asinus. Probatur sic. nullus homo qui est asinus est asinus. ¶ Similiter vniuersalis negatiua potest probari inducendo per sua singularia: vt nullus homo currit. vt nec ille homo nec ille. & sic de singulis. sed prima probatio vniuersalis negatiue. s. per suū contradictoriū est optima probatio.

Terminus officialis est omnis terminus faciens sensum cōpositum et solum talis ppō in sensu oppositio est officialis. ¶ Pro quo notandū est q; termini facientes sensū compositū sunt ota signa modalia: vt possibile/impossibile/contingens et necessarium. et omnia verba significantia actū mentis sicut illa. scire/nolle/velle/imaginare. percipere/credere/hesitare/dubitare. et similia. q̄ faciunt sensus compositū: vt scio deū esse. possibile est hominē esse aial. Sed q̄n alīs istorū totaliter precedit dictum propōnis. tunc illa propō est officialis: quia facit sensū compositū. vt possibile est hoiem currere. Sed q̄n aliquis istorum intermediat dictū ppōnis. scz inter accusatiuum et modum infinitum. tunc facit sensum diuisum. vt hominem possibile est cē aial. Sed q̄n aliquis istorū terminoz finaliter seqt totū dictū ppositionis. tunc illa potest indifferenter sumi. scilicet in sensu composito vel in sensu diuiso: vt hic hominē currere est possibile. Omnis enim propositio in sensu composito est officialis: vt illa. necessarium est deum esse. sic officiatur/talis propositio est necessaria. deus est ꝓpter eius primarū significatū deū esse. possibile est hoiem esse rome: sic officiat. hec propō est possibilis/hō est rome propter eius primarius significatum hominem esse rome. Ego scio deum esse. sic officiatur. hec propositio est scita a me. deus est propter eius primarium significatum deum esse.

Termini facientes sensū ppositū

¶ Dictum propositionis debet dari/vertendo ntīm in actīm/et verbum indicatum in verbū infinitū. Uel preponendo hanc cōiunctionē q̄/toti. Ut deus est. dictū cuius est hoc. deū esse/vel q̄ deus est. ¶ Sed propō in sensu diuiso est resolubilis. si primus terminus sit resolubilis. vel exponibilis. Si primus terminus sit exponibilis. exemplum primi. hominem possibile est currere sic resolui. hoc possibile est currere. et hoc est homo. Exemplum secūdi. omnem hominē possibile est currere: sic exponitur. aliquē hoiem possibile est currere. et nichil est homo quem vel quam possibile non est currere. Unde propō in sensu diuiso debet probari scōm primum terminum mediatum in illa propōne. ¶ Item si ambe resolutentes propōnis resoluende sunt vere primarie significando tunc illa propō est vera. aliter non. Similiter propō exponibilis est vera si omnes eius exponentes sint vere. et aliter non. Et si vna exponens sit falsa. tunc illa propositio exponibilis est falsa. et sic de resolubili et officiali.

Dictū ppōnis.

¶ Alia regula est quando proponitur aliqua propō et volueris scire an illa sit vera vel falsa. videas si illa propō sit resolubilis/expe-

Regla notāda

mbilis/vel officialis. ℞ scire potes q primũ terminũ mediatũ in illa ppõne. dem de exponatur/si sit exponibilis. et si oẽs exponentes sint vere. tunc illa propositio est vera. Et sic generaliter sciatur veritas vel falsitas cuiuscunq; propõnis. Uel re soluitur si sit resolubilis. et si eius resolutentes sunt vere. tunc propõ dicitur vera. Uel si sit officialis officiatur si illius officiantes. et si sint vere tunc illa propõ est vera. et si non sint vere. tunc illa est falsa. Et propõ est vera quãdo significat primarie sicut est. et est falsa quando significat primarie sicut non est.

¶ Primarium significatum propositionis est illud q̃ propositio significat precise ex communi institutione terminorum. et apprehẽditur principaliter per totam propositionem et per nullam eius partem. Ut deus esse. est significatum istius. deus est.

Primarium significatum.

Quattuor sunt diuisiones propōnum/quā; rum prima est hec. Aliqua propositio significat principaliter sicut est. Aliqua significat principaliter aliter q̄ est et aliqua significat nec principaliter sicut est.nec principaliter aliter q̄ est.¶ Propō significans principalr sicut est:est ppō p quā precise et adequate significat sicut est.et illa sic significādo nō est primus mediū ad inferendū scipsā significare aliter q̄ est vt hec. ppō deus est.vel vos sedetis si ita sit. ¶ Propō significās aliter q̄ est:est ppō impossibilis vel ppō adequate signs sicut non est.vt hō est asin⁹/vel vos sedetis si ita nō sit. ¶ Propō signs nec pncipalr sicut est/nec principalr aliter q̄ est: est propō significans aliqualiter esse,et illa sic significando est primus medium ad inferendū seipsā non significare principaliter sicut est/nec principaliter aliter q̄ est:vt hec propositio hec non significat sicut ista eadem demonstrata que principaliter significat q̄ ista non significat sicut est/nec aliter q̄ est: et hec simuliter. omnis propositio significat aliter q̄ est:que principaliter significat q̄ omnis propositio significat aliter q̄ est.et sic de singulis.

¶ Pro isto est sciendum q̄ propositio pertinens medium ad inferendū seipsum nō principaliter significare sicut est/nec aliter q̄ est: est illa ex qua per se sumpta vel cum totaliter sic eē sicut est ex parte rei sequitur vel aptū natū est sequi illā non principalr significare sicut est/nec pricipalr aliter q̄ est.Exemplū hec propositio significat aliter q̄ est:et hec propō principaliter sic significat.scz q̄ illa significat aliter q̄ est eadē demonstrata/tunc sequit.hec propositio significat aliter q̄ est.ꝛ hec propositio principaliter sic significat:ergo hec propositio non principaliter significat sicut est.et ita ex ista eadem cum totaliter sic esse sicut est.sequitur q̄ illa eadem non significat principaliter sicut est.nec principaliter aliter q̄ est/et ideo ista non significat sicut est/nec aliter q̄ est:ꝛ sicut est de ista.sic est de omnibus alijs consimilibus.

¶ Secūda diuisio est hec. Propositionum:aliqua falsificat seipsam aliqua non. ¶ Propō falsificās seipsā est duplex.quedā mediate/et quedā immediate. ¶ Propositio falsificans seipsam mediate est propō significans principaliter sicut est/vel aliter q̄ est que falsificat propōnem aliam a se falsificante se.Exemplū sit A/propō significans principalr q̄ B/est falsum.et sit B/propō significans principaliter q̄ A/est falsum et sit tantum vnū A/et vnum B. hoc posito nō pōt poni vtrūq; illorū esse verū ꝫ alterū esse falsū.ꝛ nō pōt assignare quare A/est magis falsū q̄ B.nec econtra.ergo isto casu posito sequit vtrūq; istorū esse falsū.et sic ex A sequit B/esse falsū.et ex B/sequit A esse falsū.et A falsificat b/imediate.ꝛ seipsā mediate.ꝛ b/falsificat A/imediate ꝛ seipz mediate

¶ Propositio falsificans seipsam immediate est propositio significās principaliter sicut est/vel aliter q̄ est q̄ est primus mediū ad inferendū seipsā esse falsā.et illa est duplex.Quedā est primens sufficiens/ꝛ quedam est pertinens insufficiēs. ¶ Pertinēs sufficiēs est propositio significans principaliter sicut est/vel aliter q̄ est ex qua sic significando immediate sequit vt aptum natum est sequi ipsū esse falsā.Exemplū significet hec propō hoc est falsū significādo pncipalr q̄ hoc est ffm:illa eadē demonstrata.tūc sequit imediate hoc est ffm ergo hoc est falsū:et sic est primus sufficiēs ad inferendū seipsam esse falsam.

¶ Pertinens vero insufficiens est duplex.quedam est primens mediū ad inferendū seipsā esse falsā solū/et quedā primens ad inferēdum seipsā esse falsā et aliā silr. ¶ Pertinēs sufficiens pmo modo est propō significans principaliter sicut est ex qua sic significādo cū totalit sic esse sicut est ex parte rei sequit vel apta nata est sequi ipsā solū esse falsā.et ex illa sequit sic esse sicut nō significat.Exēplū. posito q̄ Sirym⁹ solus sors.et q̄ ille dicat solū ista ꝓpōne S.

dicit falsū:et q̄ illa ex impõne pncipalr̄ sigt̄ q̄ sortes dicit falsū.tunc sequit̄ S.di
at falsū/et solū dicit istā:ergo illa est falsa.et q̄ est falsū ꝓz per casū:et non potest
poni isto casu posito quin significat pncipaliter sicut est.

¶ Sed pertinens insufficiens secundo mõ est perti
nens mediū ad inferendū seipsā fore falsā/et aliā sulr̄. Exemplū ponat̄ ista ,ppõ.
Ois ,ppõ est falsa:et q̄ sigt̄ ꝓncipalr̄ q̄ ois propõ est falsa:et q̄ sint multe ,ppones
vere et multe falsē.et tūc ex ista cū totaliter sic eē sicut est.sequit̄ vel aptū natum
est seq̄ ipsā fore falsā:et alia sulr̄ ab ista.et iō est pnēs insufficiēs ad inferendū se
ipsā fore falsā/et aliter sulr̄ ab ipa . Assumptū ,pbat sic.ois ,ppõ est falsa ipsamet
est ,ppõ/ergo ipsamet est falsa.et sic sequit̄ ipsamet fore falsā:et sulr̄ sequit̄. omis
ppõ est falsa alia ab illa est ,ppõ:ergo alia ab illa ē falsa. et sic sequit̄ alia ab ista
fore falsā. ¶ Propõ nõ falsificās se est ,ppõ hñs cõditiões ꝓtrarias cõditionibus
propõnū falsificātiū se:sicut fūt vniuersalit̄ oēs ,ppones vere ⁊ false sicut est de ta
libus.hõ est asin⁹ pncipalr̄ signdo q̄ hõ est asin⁹ ⁊ vniuersalit̄ de q̄cūq; ,ppõne im
possibili et necessaria. Cõtra istas diuisiões posteri⁹ obiciē.et ideo hic pertrāseo.

¶ Tercia diuisio est hec. Dīne insolubile ,puenit ex
propietate vocis vel ex actu nr̄o vel ex mixtione actus nr̄i cum ,ppietate vocis.
Propietates vocū sunt ille:esse verū/esse falsū/esse necessarium/esse impossibile.
Actus nostri sunt duplices scz interiores et exteriores. Exēplū primi.scire/cogno
scere/intelligere:et similia. Exemplū secundi. vt scribere/audire/legere:et similia
Insolubile prouenies ex mixtione actus nostri cum propietate vocis est:vt pos
sito q̄ sortes dicit falsum.

¶ Quarta diuisio est hec. Aliqua ,ppõ significat cõ
plexe naturaliter:et aliq̄ ꝓplexe artificialr̄ et actualr̄. ¶ Propõ significans ꝓplexe
naturaliter vt ,ppõ in alia si aliq̄ fuerit ibidē. ¶ Propõ significās artificialr̄ et actua
liter est duplex quedā significat artificialr̄ vel actualr̄ ex ipõne vel impõnibus/et
quedā nec ex impõne nec ex ipõnibus. ¶ Propõ significās artificialr̄ ex impõne
est vt si hec ,ppõ deus est iponer̄ ad vno ad significandū hoiem esse asinū pnci
paliter et vtroq; modo simul significat ,ppõ. ¶ Propõ significās artificialr̄ vel
actualiter nec ex impõne nec ex impõnibus est.vt si talis propõ deus est imponit
ad significandū q̄ deus est pncipaliter:et aliqs cōcipit p illā aliter q̄ fuit impo
sita ad significandū:sicut hõ est asinus.tunc illa propõ artificialiter vel actualiter
significat.et nec ex impositione nec ex impositionibus.

¶ Modo sequuntur quattuor diffinitiones siue
descriptiões quarum ꝑma est hec. Propõ
est oratio indicatiua/congrua/⁊ pfecta naturaliter:vt ex impõne vel impõnibus
significatiua qua vel quibus vltimo fuit ipposita ad significandum complexe hoc
patet discurrendo per singulas propositiones. Secunda est hec/propõ vera est
propõ non falsificans se pncipaliter sicut est significatiua naturaliter est ex im=
positione vel bus.qua vel quibus fuit vltimo impposita ad significandum. ¶ Ter
tia est hec.propõ falsa est propõ falsificans se vel non falsificans se pncipaliter
sicut est vel pncipaliter aliter q̄ est significatiua naturaliter vt ex ipõne vel bus
significatiua qua vel quibus vltimo fuit imposita ad significandum. ¶ Quarta
et vltima est hec.Omne insolubile est propositio significās pncipaliter sicut est
vel pncipaliter aliter q̄ est que est pertinens medium ad inferēdum seipsam fo
re falsam vel veram.et sic de ceteris.

¶ Consequenter sequuntur octo suppositiões
quarū ꝑma est hec.Dis ꝓpõ pertinēs me

dium ad inferendū fore falsā/est ꝓpō falsificās se. hoc ptz ex intentione philosophi methaphisice vbi dicit quasdā orones seipsas destruere. Sed planū est q̄ ibi aūt non intendit p orōnē destruentē se nisi orōnem pertinentē ad inferendū seipsam fore falsā. qō signficatur p illū terminū falsificās se. et melius sonat in lingua latina nominare talē orōnē falsificantē se q̄ destruentē se: quia nulla est oratio destructiua sui ipsius in lingua nostra. nec alterius a se. tamen lingua greca melius sonat nominare talem orationem destruentem se q̄ falsificantem se. q̄ ideo translator vtitur tali termino destruens se vbi nos vtimur tali termino falsificans se. eo q̄ verius et pulcrius est.

¶ Secūa suppō est hec. Dis ꝓpō falsificans se est falsa. pbaī sic. q̄cūq; propō falsificat si illa significat sicut est vel aliter q̄ est. si aliter q̄ est: ergo est falsa sicut ptz p diffinitionē tertiā. si significat sicut est: cū ex illa et tota aliter sic esse sicut est ex parte rei sequit q̄ illa est falsa. ita est q̄ illa est falsa.

¶ Tertia suppō est hec. ꝓpō verificās se est pertinens medīū ad inferendū seipsam fore verā. hoc patet per probationē prime suppositionis. Nam sicut propositio pertinens medium ad inferendum seipsam fore falsam dicitur propositio falsificans se. sic propō pertinens medium ad inferendum seipsam fore veram dicitur propositio verificans se.

¶ Quarta suppō est hec Non ois ꝓpositio verificās se est vera. hoc pbaī sic et pono q̄ multe sunt propōnes vere et multe false. et q̄ ista propō ois propō est vera significat principaliter q̄ ois propō est vera. sic nō tum est q̄ ista propositio est falsa per tertiā descriptionē: quia significat principaliter aliter q̄ est. et q̄ ipsa verificat se. probatur. nam ipsa est pertinens medium ad inferendum seipsam fore veram. quia sequitur omnis propositio est vera. ipsamet est propopositio: ergo ipsamet est vera.

¶ Quinta suppositio est hec. q̄ nulla propositio est sue partes. hoc ptz p Aristo. vū mathaphisice versus finē. vbi declarat q̄ ista syllaba ba. non est iste uttere b. et a. ideo q̄ iste littere possunt esse ꝑtes istius ista syllaba nō sit. ideo ista syllaba non est iste littere: nec ille sunt illa syllaba. et consimili ratione probatur q̄ propositio non est sue partes.

¶ Sexta suppositio est illa. q̄ nulla propositio vera est propositio falsa: nec econtra. hoc patet de se.

¶ Septima suppositio est hec. qualitercūq; concipiens concipit p propōnem illa sibi sic significat vt ptz p descriptionē istius verbi significare. Nam significare nichil aliud est q̄ mentis conceptum representare. sz qualitercūq; concipiens concipit per propōnem sic in conceptu suo representat. ergo sic sibi significat.

¶ Octaua et vltima suppositio est hec. q̄ propositiones in scripto vel in voce ꝓpter taliter esse qualiter exprimūnt vel ipositionibus significant non sunt vere vel false. Nā si propō in voce vel in scripto foret vera vel falsa ꝓpter hoc q̄ aliquis concipit sic esse vel aliter esse per illā. tunc purus latinus sciret plures propōnes grecales q̄ purus grecus. probaī sic. et capiaī purus latinus q̄ per omne scriptū q̄ videat. et per omne q̄ audit quod audit solū accipit q̄ deus est. capiaī et perfectus grecus qui concipit taliter esse p propōnes qualiter exprimūnt vel impositionibus significant et pono q̄ ille latinus audiat et videat omnes propositiones grecales quas audit et vidit iste grecus. tunc iste latinus scit omnes propositiones istas fore veras. eo q̄ per omnes istas concipit sicut est. sed iste grecus non. eo q̄ per aliquas concipit sicut est. et per aliquas aliter q̄ est. Et ideo pauciores sit.

Conclusiones suppositionum:

EX istis suppositionibus/ sequũtur tres conclusiões/quarũ pzima est hec. Aliqua propositio que significat principaliter sicut est:est falsa

Probatur sic. Aliqua propõ significãs principaliter sicut est falsificat se/et omnis propositio falsificans se est falsa:ergo aliqua propõ significãs principaliter sicut est.est falsa. 2Maior patet per dicta in secunda diuisione: 7 minor patet per secundam suppositionem/ex quibus sequitur conclusio probanda.

¶ Scõa conclusio est hec. Jn aliqua ꝓña bona 7 formali ex vero sequit falsũ: pbatur sic.in aliqua ꝓña bona 7 formali ex vero sequit propõ falsificans se:et qlibet talis propõ est falsa/per suppõnem scõam:ergo. 7c. Añs sic. illa ꝓña est bona et formalis. ꝓns istius ꝓne est falsũ:ergo istius ꝓne est falsũ.et añs illius ꝓne est verũ/et ꝓns falsũ.et q̃ sit ita/probat:et pono q̃ illa ꝓña sit et nulla alia:et q̃ añs illi⁹ ꝓne significat principaliter q̃ consequẽs est falsũ eadem semper demonstrata.et q̃ ꝓns illius ꝓne significat principaliter q̃ ꝓns ẽ falsum. Jsto posito probatur q̃ consequẽs falsificat se/quod sic patet. Nam ꝓña est pertinens medium ad inferendum seipsã forte falsã:ergo falsificat se.ꝓña patet ꝑ primam suppositionẽ. Antecedens probatur sic. ex consequente cum toraliter hic esse sicut est omnino/sequitur ꝓns forte falsũ:ergo falsificat se. ꝓña ꝓz per primã suppositionẽ:ergo ꝓns est primus medius ad inferendũ seipsum forte falsum. consequentia patet per dicta in secunda diuisione.et añs probatur:quia sequitur cõsequens est falsũ et totum hoc est ꝓns:ergo totũ hoc est falsũ. et q̃ añs sit verum probatur.significat principaliter sicut est et non falsificat se:ergo antecedens est verum. 2Maior et minor patent intuentibus.

¶ Tertia conclusio est ista. Duo contradictoria in ista se. cõtradictoria sunt simul falsa. pbaꝫ sic.aliq̃ sunt duo cõtradictoria quorum vnũ significat aliter q̃s est et aliud principaliꝫ sicut est falsificãs se:ergo est conclusio vera. ꝓña ꝓz ꝓ suppõnẽ scõam 7 tertiã diffinitionẽ. Assumptum pbaꝫ sic. ista sunt ẽmõi: hoc est falsũ.et hoc non est ſm̃. et volo q̃ per vtrũq; hoc demõstret primũ istarũ et ista hoc est falsũ significat principaliter q̃ hoc est falsũ.7 hoc non est falsũ significat principaliter q̃ hoc non est falsũ. tunc primũ istorũ est falsũ eo q̃ falsificat se.et secundum est falsum:eo q̃ significat principaliter aliter q̃s est.

¶ Contra istas conclusiones multipliciter arguit/ et primo sic. Una istarũ ponit ꝓpõnem nec ẽ verã vel falsã quod est ꝓtra phm̃ in predicamentis vbi dicit. Videt autem omnis affirmatio esse vera vel falsa.et si hoc sit verũ de affirmatiuis erit verũ de negatiuis ex qua auctoritate sequitur q̃ omis propõ est vera vel falsa. Jtẽ in predicto libro dicit alibi. Jn eo q̃ res est vel nõ est quã propõ significat dicitur ꝓpõ vera vel falsa.sed quecũq; propõ demõstret vel est ita ex parte rei sicut illa significat.vel non est ita ex parte rei sicut illa significat:ergo q̃cũq; propõ demõstret illa est vera vel falsa. ¶ Ad primũ dicendũ est q̃ phũs cũ dicit.videt autẽ 7c.intendit ponere differentia inter ꝓpõnes 7 incompleta.ex qbus incompleta cõponunt propõnes. Differẽtia ergo ista est hec. Omne verũ vel falsũ est propõ affirmatiua vel negatiua.sed istud incompletũ est verum vel falsum:ergo 7c.et sic saluatur auctoritas. ¶ Ad secundum dicẽdum est q̃ illa textus sic intelligitur quando est ita ex parte rei sicut propositio significat et non falsificat se ex vera.et in eo q̃ aliter est ex parte rei q̃ propositio principaliter significat est falsa.

¶ Pzo quo notandũ est q̃ omis propõ significãs sicut est vel aliter q̃s est principaliter.si sit de ꝓsenti/de preterito vel futuro necessario vel de futuro cõtingenti cui⁹ virtus est dependere a ꝓsenti 7 nulla alia est ẽa vel falsa.

G.ii.

¶ Ex quo sequit. q multe sunt propositiones: que neq; sunt vere: vel falle. cuiusmodi sunt ille. hec propositio significat aliter q̃ est. ista eadē demonstrata. et sic principaliter significante: ⁊ tales sunt sicut tu moueberis cras. tu moueberis cras. ⁊ similiter omnes propositiones de futuro contingenti: quarum veritates non dependent a presenti non sunt vere neq; false. vt ego curram cras.

¶ Contra istam partem arguitur sic. Ista positio ponit aliquā propōnem fore falsaz: que sigt pncipalit sicut est. ḡ eadē rōne hz ponere aliquā ꝓpōnē esse verā: que sigt pncipaliter aliq̃ est. sed hoc negat. ḡ. male ¶ Item ista positio asserit omnem propositionē falsificantem se fore falsam. ergo consimili ratione habet asserere omnē propositionē verificantem se esse verā. quod tamen ista positio negat. ergo male.

¶ Ad primum argumentū dicendum est q̃ ꝓña nō valet. Añs est vez. p tanto q̃ si ex aliquibus ꝓpōnibus quaz quelibet sigt pncipaliter sicut est. sequit aliqua ꝓpō illa sigbit principalit sicut est. sed iz ex aliquibus ꝓpositionibus quaz vna sigbit principalit alit q̃ est. ⁊ oēs alie ꝓpōnes significent sicut est sequaf aliqua ꝓpō nō sequit q̃ illa ꝓpō sigt sicut est. cū quelibet ꝓpō sigt q̃ ꝓpō falsificās se est falsa. sequit q̃ ex aliquib⁹ ꝓpōnibus quaz quelibet sigt sicut est. sequit q̃ illa cōclusio sequēs ex illa sigt sicut est. iz sic nō pōt ꝓduci de ꝓpōne vtrificāte se. Nā si capiaf ꝓpō verificās se ⁊ arguerek sic. illa sigt sicut est sigt illa est ✠a. dato q̃ illa precederet sibi tūc argueret ex alia pte. illa significat pncipaliter aliq̃ est. ḡ illa est ✠a. ista ꝓña est mere impossibilis. nā tūc nō sequit q̃ illa sit vera. iz sequit q̃ illa sit vera. ex ipsamet significante aliter q̃ est. ⁊ sic de aliis precise significantibus sicut est. quia aliqua istarum significat pncipaliter aliter q̃ est ex hoc sequitur: vt patet. q̃ hec est consequentia bona. hec propositio falsificat se ergo hec est falsa. Sed non sequitur. hec propositio verificat se. ergo est vera. ⁊ sic soluit tam prima obiectio q̃ secunda.

¶ Contra secundā conclusionē obiicit sic. Ista conclusio est ꝑtra Aristotelē in libro priox. vbi vult talibus regulis. ꝓñs est falsum ḡ et añs. Añs est vez. ḡ ⁊ ꝓñs. ḡ nō pōt poni q̃ aliqua sit ꝓña bona ⁊ formalis. vbi añs est vez. ⁊ ꝓñs falsum. cuius oppositū ponit ſcda ꝙclusio. ¶ Ad solutionē istius dicēdū est. q̃ intētio philosophi. p ꝓma regula est hec. Si ꝓñs no significat sicut est. nec añs: nec ꝓñs est pnēs mediū ad inferendū seipsam nō significare pncipaliter sicut est. tunc añs nō significat sicut est. ¶ Secunda regula sic intelligit. si añs significat sicut est. ⁊ nec añs nec ꝓñs est pnens medium ad inferendum seipsam non significare sicut est. tunc consequens significat sicut est.

¶ Contra vltimā cōclusionem arguitur sic. In ꝓmo Posteriorum: ⁊ in multis alijs locis videtur q̃ Aristoteles. non innuit. q̃ duo contradictoria sint simul vera: vel simul falsa. Et ista positio ponit sic ibidem. ergo ista positio est falsa. ¶ Pro solutione dicendum est. q̃ ista cōclusio est vera. sicut ibi declaratur. sed intellectus Aristotelis est iste. q̃ nulla cōtradictoria infra se contradicentia quorum vnum significat principaliter sicut est. ⁊ quorum alterz significat principaliter aliter q̃ est. sunt simul vera. vel falsa. ⁊ hoc ꝓpinue loquitur Aristo. dicit illud fore verum quod significat sicut est. ⁊ illud fore falsum quod significat aliter q̃ est. nisi in materia insolubilica vbi intendit per falsa nō solum tale quod significat principaliter aliter q̃ est. sed etiam tale quod est destruens se et falsificans se sicut patet per eum. iij. metha. vbi dicit textus sic. Accidit aūt omnibus oratonibus destruere seipsas: sicut est de tali oratōne. omnia sunt falsa. vbi intendit Aristo. q̃ talis oratio que est pertinens medium ad inferendum seipsam fore falsam destruit se. id est falsificat se. Et quelibet talis est falsa: sicut dictum est prius.

¶ De insolubilibus.

His igitur intellectis iuxta sententiã Aristote
lis qualiter restat insolubilia simplicia solue
re et inter illa. Primo de insolubilibus ex ꝓpietate vocis generatis/et inter insolubilia simplicia: facilliora principia multi sumã sit ergo hec ꝓpõ in scripto falsa et est. et nõ sit alia ꝑter ipsã et significat principaliꝝ q falsũ est. Deinde ꝓponit falsũ est. si neget vel dubitat: cõtra. propõ vera est/vel propõ falsa est. sed nulla propõ vera est: ergo propõ falsa est. et vltra: ergo falsũ est. Maior est manifesta et minor ptz ex casu/ꝓbat sic. oppositũ minoris repugnat casui: ergo illud sequit ex casu. añs sic. nã si oppositũ minoris nõ repugnat casui et illud est possibile. ponatur cũ casu. s. q aliqua propõ vera sit: tũc arguit sic. Aliqua ꝓpõ vera est: et nulla est propositio nisi ista. falsũ est: ergo illa est vera/ergo significat principaliꝝ sicut est ꝑa ptz ꝑ diffinitionẽ scõam sed ꝑ casũ ista principaliꝝ significat q falsũ est: ergo ista est q falsũ est. et nulla est propõ nisi ista: ergo ista est falsa. et sic sequit idẽ ꝙ verũ et falsũ qõ est impossibile. Si cõcedat q falsũ est: tũc arguit sic. falsũ est. et hec est ois propõ eadẽ demõstrata falsũ est: ergo ista est falsa. et vltra: ergo illa significat ꝑticipaliꝝ aliꝙ ꝙ est. et ista ꝓncipaliꝝ significat q falsũ est: ergo non est ita q falsũ est. cui⁹ oppositũ vos cõcedistis. Itẽ vos cõcedistis falsũ scitũ A. vobis forte falsũ. et nõ sequẽs ex casu i q̃ re fuit falsũ. et ꝙos hoc fuit falsũ: ergo male rñdetis. Itẽ falsum est et illa principaliter significat q falsum est: ergo ita est sicut illa significat. et vltra: ergo hec est vera.

Huic forte rñdet negãdo casũ tanq̃ impossibilem
oẽs cõsimiles propões. Cõtra. si tñ ista foret ꝓpõ: et nulla alia adhuc eẽt possibile q aliqs videret istã/et sili si multe propões forẽt cũ ista et q ista ꝓncipaliꝝ significaret q falsũ est ex ipõne: et ponat q fortes sit vn⁹ hõ q ꝑ totã vitã suã fuit instructus ad cõcipiendũ ꝙ quãlz propõem quã videret q falsũ est. hoc posito ponat q fortes videat istũ in scripto et cõcipiat ꝙ istã q falsũ est sicut fuerat instructꝰ. et q fortes videat istã propõnẽ cõtinue quousqz corrũpant oẽs alie ab illa: et q nulla alia sit nisi ista. hoc posito sortes cõcipit ꝙ illã qõ falsũ est: ergo sic sibi significat q falsũ est. ꝓa ptz ꝑ septimã suppoem. et nulli alii a sorte aliter significat: ergo ista solũ sibi significat q falsũ est. et sic imponit vltimo ad significandũ/et tñ ista est. ergo totus casus est possibilis. Itẽ cũ hoc q tñ ista sit ois propõ põt principaliꝝ significare minus ex impõne vel maius: ergo ex impõne põt sic principaliꝝ significare. Itẽ talis propõ deus est. potest principaliter significare q deꝰ est cũ hoc q illa sit et nulla alia. et talis propõ homo est asinus. potest principaliter significare q homo est asinus. cũ hoc q tñ ista propõ sit et nulla alia. et non põt assignare causam quare vna istaꝝ potest sic significare cũ hoc q tantũ ista foret. quia eadem rõne vel cõsimili potest ista propõ falsũ est principaliter significare q falsus est. dato q tantũ ista foret propõ: ergo si iste casus est possibilis de ista/deus est. eadem ratione est iste casus possibilis: de ista falsum est.

Sed hic fingitur vna causa. Dicitur enĩ q licet
talis propõ/deꝰ est: foret et nulla alia/et q illa principaliꝝ significat q deus est. ex ista nõ sequit aliqd impossibile. sed si tñ ista foret propõ falsũ est. et q principaliꝝ significaret q falsum est. sequerent impossibilia plura. Sed vt patebit posteriꝰ ista causa est nisi fatuoꝝ qui nesciunt aliter respondere ad insolubilia nisi possibile foret impossibile sustinere.

Admittendus est igitur casus et qñ ꝓponitur
falsũ est: cõcedat. et concedat q ista est falsa/et neget ꝓa: ergo ista significat aliter ꝙ est. sed oportet addere in añte q non falsificat se. sed hoc est falsum. Nam sequitur falsũ est: et nulla est propositio nisi ista. s. falsum est: ergo hec est falsa. et sic est pertinens medium ad inferendum seipsam fore falsam. et vltra. ergo est falsa. vt patet per secundam suppositionem.

¶ Ad secundum argumentum negetur consequentia: ꝙ añs sit vr. nam consequentia nō valet. eo ꝙ bene rñdēdo in aliquo casu possibili posito esse cōcedendū falsum scitū fore falsum ⁊ impossibile scitū est impossibile. vt si poneret ꝙ ista ꝓpositio. deus est. ⁊ quelibet talis significaret principaliter ꝙ homo est asinus. ⁊ hoc bñ sciatis. Adhuc ista foret concedenda. deus est. ⁊ tamen ista est falsa et impossibilis. et añs similiter est negādum. Nam ꝙ falsum est sequitur ex casu. Nam casu non poterit stare ꝙ illa sit vera: et ex casu sequitur ꝙ illa est ꝓpositio de presenti significans principaliter sicut est vel aliter ꝙ̄ est. ergo sequitur ex casu ꝙ illa sit falsa.

¶ Ad tertium argumentum cōcedatur prima consequentia. ꝙ falsum est. et ꝙ ista significat principaliter qđ falsum est. et negetur alia ꝓa qñ ꝓcluditur. ergo (est vera. eo ꝙ aliqua propositio falsa significat principaliter sicut est. vt patet per primam conclusionem. vt de propositione falsificante sibi. et sic est in proposito. sicut prius est declaratum.

¶ Contra istum modum soluendi insolubilia arguitur sic. Aristoteles. ii. elenchorum capitulo de solutione paralogi mor fm qđ ad simpliciter. Solvit insolubilia per fallatiā fm qđ ad simpliciter. sed ista solutio non sic facit ꝙ̄ peccat cōtra solutionē Aristo. ergo non valet. ¶ Dico ꝙ si fiat talis ꝓa. hec propō sīgt principaliter sicut est ꝙ̄ hec est vera. Ibi est fallatia fm qđ ad simpliciter. eo ꝙ ꝓs significat duo: et añs vnum. nā ad hoc ꝙ aliqua ꝓpō sit vera requiritur ꝙ illa significat principaliter sicut est. et similiter ꝙ illa non falsificat ie. Sed añs illius ꝓie solum ponit vnā partem sui significati. ⁊ non totum significatum. ideo a tali añte ad tale ꝓs est fallatia fm quid ad simpliciter. vt si argueretur sic. Ille homo est albus fm dentes. ergo ille homo est albus. Et qille sit intellectus aristo. patet p cū ibidē vbi solvit paralogismū fundatum super talem casum. ¶ Ponēdo ꝙ aliquis iuret seipsū esse periuratum: tunc textus est talis (Nam qui iurat seipsum esse periuratum bene iurat. S. est periuratus) ergo non iurat v. ꝛ. nō iurat verū et iurat. ergo iurat falsum. iurat falsum. et solum iurat istam. ergo illa est falsa. (Jurans hoc solum dum autē periurat seipsum esse periuratum non bene iurat). Ex quo tertio plane patet ꝙ illa ꝓpō quā talis iurat est falsa nam si foret vera. et solum iuret istam per ꝓs non foret periuratus. Et per hoc ꝙ dicit in tertio (bene iurat) in eo ꝙ iurat ꝓp oīmodam significantem sicut est. sed propter hoc ꝙ ponit in fine tertius vn̄ negationem non valt intelligere in textu ꝙ iurat verum. ita ꝙ ibi est fallatia sc̄m quid ad simpliciter. Ille iurat propositionem sicut est principaliter significantē. ergo iurat verum.

¶ Item patet per textum. paulopost sequētem qui talis est. Nihil autē ꝓhibet eundē simul esse mendacē. ⁊ dicere ꝓpōem sīgnem sicut est (qđ āūt est vex) Ubi intendit soluere paralogismū fundatū super talem casum. ponēdo ꝙ sortes dicat istā. sortes est mendax. Ex quo tertio patet ꝙ non est inconueniēs eundē esse mendacē. ⁊ dicere ꝓpōnē significantē sicut est. ex quo patet. ꝙ nō sequitur. dico ꝓpōnē significantē sicut est. ergo dico vex. sed est fallatia secundum quid ad simpliciter. vt prius dictum est.

¶ Aliud sophisma. ⁊ casus. Ponatur ꝙ ista ꝓpō. Nullū vex est. sit eis propō. ⁊ ꝙ nulla alia ab ista sit. ⁊ ꝙ illa sīgt principaliter. ꝙ nullū vex est. Tunc ꝓpono. Nullum vex est. Si negetur vel dubitet. cōtra. nulla ꝓpō que nō est. ista est vera. et ista nō est vera. ergo nullū vex est. maior ꝑz ex casu. et minor est sequens ex casu. qđ probat sic. oppositum minoris repugnat casui. ergo ꝛē. Assꝫ probatur sic. et nulla nō repugnat casui: cum sit possibilis ponatur cum casu. ꝙ ita est sicut illa principaliter significat. Et tūc sic arguitur. hoc est ve-

rum. nullum verus est. ergo ita est sicut illa principaliter significat. ꝓ̃a patet per diffinitionem secundam. et illa principaliter significat q̃ nullum verū est. ergo ita est q̃ nullum verum est. et sic sequitur q̃ illa non est vera. Si concedatur q̃ nullum verum est. tunc sic. nullum verum est. et illa principaliter significat q̃ nullum verum est. ergo ita est sicut illa significat. ergo illa est vera. et vltra. ergo aliquid verum est. quod est oppositum concessi.

¶ Solutio. concedendo q̃ nullum verum est. & q̃ illa principaliter sic sig̃t. et neganda est ꝓ̃a. que cōcludit. ergo illa est vera. q̃ falsificat se. eo q̃ est ꝑtinens medium ad inferendū seipsam esse falsam. nā sequit. Nullum verū est. et illa ꝓ̃o significat sicut est: vel aliter q̃ est. ergo illa est falsa.

¶ Aliud sophisma. Casus. Ponatur q̃ A/ & B/ sint oēs ꝓ̃ones. quarū A/ sit illa. deus est. et B/ sit ista. omne verū est A. et q̃ significaret ꝑincipaliter sicut termini pretendunt. tūc proponat. omne verū est A. Si negetur vel dubitetur. Cōtra. A est vera. et nulla est ꝓpositio vera alia ab A. Goinne verū est a. Maior ꝑz ex casu. et minor est sequens ex casu. qđ probatur sic. oppositū minoris est propositio possibilis. et si poneret. cū casu sequitur oppositum casus. ergo minor sequit ex casu. Assumptū probat sic. vel ponat oppositū minoris cū casu. et arguitur sic. alia est propō vera ab a. et nulla est propō alia ab a. nisi b. ergo b est vera. et b principaliter sig̃t. q̃ omne verū est a. ergo ita est. sed nullū b est a. ergo nullū b est verū. et ꝓ ꝓ̃a nulla propō alia ab a est vera. qđ est oppositum concessi. Si concedatur. q̃ omne verū est a. et tunc sic. omne verū est a. b non a. ergo b non est verū. ꝓ̃a patet. et minor est concedenda. et maior est posita ergo ꝓ̃a est concedenda. tunc sic. B non est verū. et b est propō de presenti signs principaliter sicut est. vel aliter q̃ est. ergo b est falsū. & vltra. ergo non est ita sicut illa significat. et illa significat. q̃ omne verum est. ergo non est ita q̃ omne verus a. cuius oppositum est concessum.

¶ Solutio. concedendo q̃ omne verum est a. et cō cedendū q̃ B est falsum. et negetur ꝓ̃a. que concludit. ergo B significat aliter q̃ est. quia oportet addere q̃ non falsificat se. quod est falsum.

¶ Aliud sophisma. Casus. Ponatur q̃ ille tres ꝓpōnes sint oēs. Deus est. que est vera. homo est animal. q̃ est vera. et quelibet ꝓpositio vniuersalis est dissimilis istis. demōstrādo ꝑ istis istas duas propōnes primas. et q̃ sig̃nt principaliter sicut termini cōiter pretendunt. deinde proponat quelibet propō vniuersalis est dissimilis istis. Si negetur vel dubitet. cōtra ista est dissimilis istis. et ista est quelibet propō vniuersalis. ergo quelibet ꝓpō vniuersalis est dissimilis istis. Minor ꝑz de se. et maior ꝓbo sic. Nā ista est falsa demonstrata cadē vniuersali. et iste sunt vere demonstrando duas primas. ergo ista est dissimilis istis. ꝓ̃a ꝑz ex cōi modo loquendi. Ans probat sic. illa falsificat se. ergo est falsa. ꝓ̃a patet per suppositionē ic̄bam. et ans probat. nō sequitur. ista est dissimilis istis. et iste sunt vere. ergo ista est falsa. Si concedatur. tunc sic. quelibet propositio vniuersalis est dissimilis istis. ista principaliter sic significat. ergo principaliter significat sicut est. et vltra. ergo est vera. ergo est similis istis. et vltra. ergo non est dissimilis istis. et ista est quelibet propositio vniuersalis. ergo nulla ꝓpositio vniuersalis est dissimilis istis. cuius oppositum concedatur.

¶ Solutio. concedendum est q̃ quelibet propositio vniuersalis. cē. Et ꝓcedatur q̃ illa sig̃t principaliter sicut est. & negetur illa ꝓ̃a. q̃ concludit. ergo illa est vera. eo q̃ falsificat se. vt patet.

¶ De copulatiuis sit hec sophisma. Pono tibi ista copulatiuā. deus est. et ista copulatiua est falsa. principaliter sig̃ns q̃ deus est. et q̃ ista copulatiua est falsa. et q̃ ꝓ̃a pars sig̃t q̃ de⁹ est. & ista q̃ ista copulatiua

De modo soluendi insolubilia.

sit falsa: et demonstro p ly ista eandē copulatiuā. deinde, pponak ista copulatiua est falsa. Si cōcedak: tūc sic. deus est/et ista copulatiua est falsa: ergo ista copulatiua est falsa, et vltra: ergo ista copulatiua significat aliter q̄ est. et vltra: q̄ nō est ita q̄ deus est et ista copulatiua est falsa. Si negetur vel dubitetur. cōtra. ista copulatiua falsificat se: ergo est falsa. Antecedens probatur sic, deus est: et ista copulatiua est falsa/ergo ista copulatiua est falsa.

¶ Solutio. concedatur q̄ ista copulatiua est falsa & neget ꝓna: ergo significat aliter q̄ est. sicut prius in eo q̄ falsificat se.

¶ De diiunctiuis sit hoc sophisma. Pono q̄ homo est asinus. vel nulla diiunctiua est vera. sit hec. omnis diiunctiua principaliter significans sic. et prima pars significat quod homo est asinus: et secunda qđ nulla diiunctiua sit vera. et quod non sit diiunctiua alia ab hac.

¶ Tunc dicendum est q̄ ista diiunctiua est falsa eo q̄ falsificat se. vñ debet concedi. quando proponatur eo q̄ significat sicut est. et negāda est ista cōsequentia: ergo ista est vera/sicut prius.

¶ De exclusiuis sit hoc sophisma. Pono q̄ A sit ista propō de⁹ est: q̄ sit vera. & b/ista exclusiua, tm̄ a est verū: & nō sit alia ab altera ista rū. et figē principalr sicut termini prędū. Isto posito ꝓcedēdū est q̄ tm̄ a/est vera eo q̄ ita est sicut illa ꝓncipalr significat & quod illa est falsa eo quod falsificat se.

¶ De exceptiuis sit hoc sophisma. pono q̄ A sit ista exceptiua. nulla propō ꝓter A est falsa et qđ nō sit, ppō alia ab a. et sit tm̄ vnum a et significat qđ nulla ppō ꝓter a/ē falsa. isto posito. concedendū est qđ nulla ppō ꝓter a est falsa & qđ a/ē falsa/eo qđ falsificat se sicut prius.

¶ Hec de insolubilibus ex proprietate vocis generans sufficiunt.

Modo soluenda sūt insolubilia ex actibus nostris nascentia. Pro quibus est sciendum.

¶ Actus nostri sunt duplices & tū spectat ad ꝓpositū. Quidā sunt ex quibus sine proprietate vocis sunt nata insolubilia puenire et quidā sunt ex quibus sine ꝓprietate vocis nunq̄ nata sunt insolubilia peruenire. Actus primi sunt sicut perturare mentiri. decipi et his similia. Actus secundi sunt sicut videre/audire/dicere: et his similia. De quibus in particula proxima dicitur.

¶ Quo ad primos actus sit hoc sophisma. Sortes decipiē. Et ponak q̄ sit tm̄ vn⁹ S. qui credit istā propōem sortes decipiē. & nullā aliā. et significat principalr q̄ sortes decipiē & decipiak solū talis qui credit falsū. Deinde, pponak sortes decipiē. Si negek vel dubitek. contra. oppositū illius repugnat casui. ergo illa sequē ex casu. Añs probak sic. et si non repugnat stat oppositū minoris cū casu quod sortes non decipiē. Tunc sic. sortes non decipitur. et ois talis decipiē qui credit falsū: ergo sortes non credit falsū. Et vltra, sortes non credit falsū et credit propōem significantē sicut est vel aliter q̄ est. ergo credit verū. et solū credit istā sortes decipitur: ergo ista est vera. sortes decipitur. et ista ꝓncipaliter significat quod sortes decipiē: ergo sortes decipiē quod est oppositū istius propōnis positi in casu. Si concedak ista. sortes decipiē. tunc sic. sortes decipitur. et ois talis credit falsū: ergo sortes credit falsū. et solum credit istam. Sortes decipitur, ergo illa est falsa. sortes decipitur. Et vltra. ergo illa significat aliter q̄ est. et solum significat quod sortes decipitur: ergo non est ita quod sortes decipitur, cuius oppositum est concessum.

Solutio cōcedendum est q̄ sortes decipiē. Et conce

dendū est q̄ ista est falsa ⁊ negāda est ista p̄ña. ergo significat aliter q̄ꝫ est. Sed oportet addere q̄ non falsificat se. Nam sequitur. Sortes decipitur. ergo credit falsum. ⁊ solum credit istam. Sortes decipitur. ergo ista est falsa. ergo. ⁊c.

¶ Simile est. si ponaꝫ q̄ sortes credit istā ꝓpositionē .P. decipiē. ⁊ .P. istā. sortes nō decipiē. ⁊ q̄ non credāt alias ꝓpositiones. ⁊ ab istis: ⁊ q̄ille propositiones significant sic principaliter. ⁊ sit tantum vnus sortes. et vnus plato. isto posito concedendū est. q̄ S. non decipiē. ⁊ q̄ plato decipiē. ⁊ q̄ illa sit vera. plato decipitur. ⁊ q̄ illa sit falsa. sortes non decipitur. eo q̄ falsificat se nam sequitur. Sortes nō decipitur. ergo non credit falsum. ⁊ credit propositionē significantem sicut est vel aliter q̄ꝫ est. ergo credit verum: ⁊ solum credit istam. plato decipitur: ⁊ vltra. ergo ita est sicut illa principaliter significat. sed illa solum per casum significat. q̄ .P. decipitur. ergo ita est q̄ .P. decipitur. ⁊ vltra. ergo. P. credit falsum. ⁊ solum credit istam. sortes non decipitur. ergo illa est falsa. sortes non decipitur. ⁊ sic falsificat se. ⁊ ista propositio dicta a sorte. significat principaliter sicut est. ⁊ non falsificat se. ideo illa est vera.

¶ Simile est. si ponatur q̄ sortes dicat istam ꝓpositionem. S. mentiē ⁊ q̄ illa p̄incipaliē sigt q̄ S. mentiē. ⁊ sit tm̄ vnus S. ⁊ q̄ omne mentiēs ōt falsū. Deinde ꝓponaꝫ. S. mentiē. ſ. negeꝫ: vel dubiteꝫ. Cōtra. sortes ōt falsū. q̄ S. mentiē. Añs ptz ex casu. nō sequiē. S. ōt istā. S. mentiē. ⁊ ista principaliter sigt q̄ S. mentiē. tm̄ vnus est S. ergo solum dicit falsum. ⁊ solū dicit istā sortes mentiē. ergo ista est falsa. ⁊ habet contrarium. ergo eius cōtrariū est verū sez q̄ sortes. nō mēntur. Si cōcedaꝫ q̄ S. mentiē. ergo dicit falsuz ⁊ solum dicit istā ergo ista est falsa. S. mentitur: ⁊ habet oppositum. ergo eius oppositum est verū. tunc sic. eius oppositū est verū. q̄ significat sicut est. ergo ita est sicut illa significat. q̄ꝫ sigt q̄ S. nō mēntiē. q̄ꝫ sic est q̄ S. nō mēntiē. qđ est oppositū ꝑcessi. ¶ Solutio ꝑcedaꝫ. q̄ sortes mēntur. ⁊ est falsum. ⁊ q̄ habet cōtradictoriū. ⁊ negeꝫ ꝑña. que cōcludit. ergo illud est verū: eo q̄ eius oppositū significat principaliter aliter q̄ꝫ est. et sic duo contradictoria sunt simul falsa: vt patet per tertiā conclusionem.

¶ Simile est. si ponaꝫ. q̄ sortes iuret solum q̄ ipse est periurat⁹. ⁊ sit tm̄ vnus sortes. ⁊ q̄ ista significat principaliter q̄ ipse est periurat⁹. isto posito ꝑcedū est. q̄ S. est periurat⁹. ⁊ q̄ illa est falsa eo q̄ falsificat se.

¶ Ulteri⁹ restat soluere insolubilia que ex imixtione actus nostri cū ꝓprietate vocis nascūtur. ¶ Insolubile sic sumptū est triplex. Quedā sunt in q̄bus ponunt signa significantia ex impositione proprietate vocis ⁊ actus ex q̄bus fit insolubile. ¶ Aliud est in quo ponunt signa ex impositione significantia ꝓprietē vocis ⁊ ꝓpriatione actus in quo fit insolubile. ¶ Tertiū est in quo nec ponit aliq̄ signū significans ex impositione proprietatem vocis: nec actum vel p̄priationem actus in quo fit insolubile. Exemplum primi. vt sortes dicit falsum. Et his similia. Exemplum secundi vt ista propositio nō sciatur a te. ista propositio non creditur a te. Exēplum tertij. S. dicit falsum. S. mentiē. S. est albus. S. est niger. aliq̄bus casibus positis ⁊ his similia. De istis positis in ordine dicetur. ⁊ primo de primis.

¶ Sit hoc sophisma. Sortes dicit falsū. posito isto casu. q̄ sit tm̄ vnus S. ⁊ q̄ille dicit istā. ꝓponē S. ōt falsum ⁊ nullā aliā. ⁊ q̄ illa significat principaliter. q̄ S. ōt falsum. Deinde ꝓponaꝫ. S. dicit falsū. si negeꝫ vt dubiteꝫ. ꝓbatur. oppositū illi⁹ repugnat casui. q̄ illud sequit ex causis. Añs sic. ex cōtradictorio illius: ⁊ ex casu sequit oppositū sc̄de partis. ⁊ casus est ꝑ se possibilis q̄ꝫ ꝓtradictoriū illius repugnat casui. añs sic. ponaꝫ ei⁹ cōtradictoriū cū casu vz. S. non dicit falsum. ⁊ dicit propositionem significantem sicut est vel aliter q̄ꝫ est. ergo dicit verum. ⁊ solum dicit istam. S. dicit falsum. ergo ista est vera: ⁊ vltra. ergo ita est sicut illa principaliter significat. sed illa principaliter significat q̄ sortes dicit

falſum. ergo ita eſt q̄ ſortes dicit falſum. ⁊ vltra, ergo ſortes dicit falſuz: quod eſt oppoſitum ſcōe partis caſus. Si conceditur q̄ ſortes dicit falſum, ⁊ ſolum dicit iſtam. ergo iſta eſt falſa, ⁊ habet oppoſitū. ergo hoc eſt verū. videlicet ſortes non dicit falſum: ergō ſortes nō dicit falſum: qō eſt oppoſitū primi conceſſi.

¶ Solutio concedatur q̄ ſortes dicit falſum ⁊ q̄ illa eſt falſa. ⁊ q̄ illa hꝫ cōtradictoriū: ſed neget p̄ma. ꝯ eius oppoſitū eſt verū. quia eius cōtradictoriū ſignificat aliter ꝯ eſt. ⁊ q̄ p̄ma non valet. p̄z p̄ tertiā excluſionē.

¶ Aliud ſophiſma. Simile eſt ſi ponatur q̄ ſint tm̄ duo ſortes. ⁊ vterq; illoꝝ ſimul dicat cū altero iſtā. S. dicit falſum: vel cōſimile. ⁊ q̄ nō dicat aliā, pponē: nec aliōs alias: ⁊ q̄ vtraq; illaꝝ ſigt̄ precise. ⁊ p̄marie q̄ S. dicit falſum. Deinde, pponat. S. dicit falſū. ſi neget vel dubitet, petra. arguit oppoſitū re pugnat caſui. ꝯ illud ſequit ex caſu. Aſſis ſic. ⁊ ponat̄ p̄tradictoriū illi⁹ cū caſu. tūc arguit ſic. S. nō dicit falſū. ⁊ dicit, pponē ſignificē ſicut eſt vt̄ aliter ꝯ eſt. ꝯ dicit vez. ⁊ ois S. eſt alter iſtoꝝ. ergo alter iſtoꝝ dicit vez. ⁊ quia rōne alter iſtoꝝ dicit vez. eadē ratione vterq; iſtoꝝ dicit vez. ⁊ vterq; iſtoꝝ ſolum dicit propoſitionē ſignificantem q̄ ſortes dicit falſum. ergo ita eſt q̄ ſortes dicit falſum: quod eſt oppoſitū vni⁹ partis caſus. ¶ Si concedat̄ q̄ ſortes dicit falſum, tūc ſic ſortes dicit falſum. ⁊ vtraq; iſtarum dictionum ſic puncipaliter ſignificat. ergo vtraq; iſtarum ſignificat ſicut eſt. neutra iſtarum falſificat ſe. ergo vtraq; iſtarum eſt vera.

¶ Solutio. concedendū eſt. q̄ ſortes dicit falſum ⁊ cōcedatur q̄ vtraq; iſtaꝝ ſigt̄ ſicut eſt p̄cipiuntur. ⁊ dicendū eſt q̄ vtraq; iſtaꝝ falſificat ſe. ⁊ hoc p̄mo mō ſortes dicit falſum. ⁊ ois ſortes eſt alter iſtoꝝ. ⁊ ō eſt maior cauſa quare vnus dicit falſum. quā conſimili cauſa alius dicit falſum. ergo vterq; dicit falſū. ⁊ ita duo ſoluz dicūt iſtas duas, ppones. ſortes dicit falſum. ⁊ ſortes dicit falſum. ergo iſte due ſunt ſimul falſe. ⁊ ſic vtraq; iſtarum falſificat ſe.

¶ Simile eſt. ſi ponatur q̄ ſortes dicit iſtam p̄poſitionē. P. dicit falſū. ⁊ P. ſortes nō dicit falſum. ⁊ q̄ nō dicunt aliquas alias. ⁊ q̄ iſte due propoſitiones ſic ſignificant puncipaliter. ⁊ q̄ ſit tantum vnus ſortes et vnus P. uto poſito concedatur q̄ ſortes nō dicit falſum. ⁊ q̄ iſta eſt falſa. ſortes nō dicit falſum. eo q̄ falſificat ſe. ⁊ ſignificat ſicut eſt. ⁊ q̄ P. dicit falſum. ⁊ q̄ iſta eſt, vera: q̄ puncipaliter ſignificat ſicut eſt. et non falſificat ſe.

¶ Simile eſt. ſi ponatur q̄ ſit tantum vnus ſortes ⁊ q̄ dicat ſolū talem, ppōem P. dicit falſum. ⁊ ſit tm̄ vn⁹ P. q̄ dicat iſtā, ppōnem. ſortes dicit falſum. et illa puncipaliter ne ſignificat hoc poſito concedendum eſt. q̄ ſortes dicit falſum. ⁊ plato ſimiliter. ⁊ vtraq; illarum dictarum eſt falſa. eo q̄ vtraq; illarum falſificat ſe. et hoc mediate. Nam dictum a ſorte falſificat dictum a platone. et dictum a platone falſificat dictum a ſorte. ⁊ ſic vtraq; illarum falſificat ſe immediate: vt patet in ſecunda diffinitione.

Solutis inſolubilibus p̄imi membri iſtius diuiſionis. Jam reſtat ſoluere inſolubilia ſecundi membri eiuſdem diuiſionis. ¶ Sit igitur hoc ſophiſma. a propoſitio neſcitur. ⁊ ponatur q̄ A. ſit iſta propoſitio. A neſcitur. ⁊ q̄ vnū a ſit omne a. ⁊ q̄ iſta propoſitio puncipaliter ſignificat q̄ a neſcitur. Deinde proponatur. a neſcitur. ſi negetur vel dubitetur, petra cum caſu nō ſtat q̄ a, ppoſito ſcitur. ⁊ a eſt vna propoſitio. ⁊ caſus eſt admittendus. ergo cōcedendū eſt q̄ a neſcitur. primū aſſis, probatur. quia ex iſta propoſitione a ſcitur. cum caſu ſequit oppoſituz iſti⁹. A ſcitur. ergo iſta a ſcitur. non ſtat in caſu. Aſſumptum probatur. A ſcitur. ergo ſcitur eſſe ſicut illa ſignificat. ⁊ vltra. ergo ita eſt ſicut illa ſignificat. ſed per caſum. a, puncipaliter ſignificat q̄ a neſcitur. ergo a neſcitur. ⁊ ſic exiſta a ſcitur. cum caſu ſequitur ſuum oppoſitum. ¶ Si concedatur q̄ a neſcitur. tunc ſic a neſcitur. ergo ita eſt q̄ a neſcitur. Et ſu

firmiter cõsideras ꝙ nõ dubitas de ista ꝓpõne. ꝙ a nescit. ergo tu scis ꝙ a nescit et sic tu scis ꝙ a nescitur. ꝙ tu scis ꝙ a principaliter sic sign. ergo tu scis a. ꝙ vltrã. ergo a scitur a te. qõ est oppositũ istius. a nescitur. ¶ Solutio. admisso casu. ꝙ cessio pcedat ꝙ a nescitur. ꝙ pcedendũ est. ꝙ tu scis ꝙ a nescitur. ꝙ pceditur ꝙ tu scis a sic principaliter significare. ꝙ negetur ꝓña. ergo tu scis a. qz oportet addere ia ãte ꝙ. Et nõ est pertinẽs medium ad inferendum seipsam forte nescitam. ꝙ si illud sit additum est negandum. Nam sequitur, immediate a nescitur. ergo a nescitur.

¶ Simile est. si ponatur ꝙ tantum ista ꝓpositio sit oĩs ꝓpõ. oĩs propõ nescitur. ꝙ ista principaliter sign ꝙ oĩs ꝓpõ nescit. ꝙ hoc ꝓ scitur. hoc posito cõcedendũ est ꝙ oĩs ꝓpositio nescit. ꝙ scitur sic esse sicut illa significat. ꝙ scitur illam sic significare. ꝙ negetur ꝓña. ergo illa scitur. qz ista est pertinens mediũ ad inferẽdum seipsam forte nescitam sicut patet. ideo est nescita. Assumptum patet. nam sequitur. omnis propositio nescitur. ipsamet est propositio. ergo ipsamet nescitur. ꝙ vltra. ergo ipsa est nescita.

¶ Simile est. si ponatur ꝙ hec ꝓpõ hoc nõ creditur sign principaliter ꝙ hoc nõ credit. ꝙ demõstret ꝑ ly hec eadẽ ꝓpõ. hoc posito cõcedat ꝙ hec nõ credit. ꝙ pcedat ꝙ tu credis ita esse sicut illa sign. ꝙ credis illã sic significare. negetur ꝓña. Quilla est credita. qz est pertinẽs mediũ ad inferendũ seipsam forte non creditam. ꝙ quelibet talis non est credita.

¶ Pro quo est sciendũ. ꝙ quelibet ꝓpõ ptinẽs medium ad inferẽdũ seipsã forte falsã est falsa. ꝙ ẽt ꝓpõ ptinẽs mediũ ad inferẽdũ seipsam forte nescitã vel nõ creditã est nescita vel nõ credita. ꝙ sic nõ est ꝙ pertinẽs mediũ ad inferendũ seipsam forte veram est vera. nec oĩs ꝓpõ ptinens medium ad inferendum seipsam forte scitam vel creditam. est scita vel credita.

SOlutis insolubilibus secundi membri diuisionis. iam sunt soluenda insolubilia tertij membri diuisionis. sit ergo hoc sophisma. sortes est eger. ꝙ pono istum casum. ꝙ eis homo eger dicit falsum. ꝙ oĩs hõ sanus dicit verum. ꝙ ista principaliter significat ꝙ sortes est eger. ꝙ negat vel dubitet. Cõtra. cuius oppositũ repugnat casui. ergo isto casu admisso ista est concedenda. Assumptũ probatur. ex opposito illius cum casu sequitur ista ꝓpõ. sortes est eger. ergo oppositũ istius repugnat casui. Quod probatur sic. sortes non est eger. ꝙ est. ergo est sanus. ꝙ omnis homo sanus dicit verum. ergo ita est sicut illa principaliter significat. sed per casum ista significat ꝙ sortes est eger. ergo sortes est eger. quod est oppositum illius. sortes non est eger. ꝙ cõceditur ꝙ sortes est eger. tunc sic. sortes est eger. ꝙ sortes est homo. ergo sortes est falsum. ꝙ solum dicat istas. sortes est eger. ergo hec est falsa. sortes est eger. ꝙ ista habet oppositum. ergo eius oppositum est verum scilicet. ꝙ sortes non est eger. et vltra. ergo ista significat principaliter sicut est. sed ista principaliter significat ꝙ sortes non est eger. ergo ita est ꝙ sortes non est eger. quod est oppositum concessi. ¶ Solutio. concedendum est. ꝙ sortes dicit falsum. ꝙ concedendum est ꝙ ista sit falsa. sortes est eger. quia falsificat se. et concedendum est. ꝙ habet oppositum. et nganda est consequentia. ergo eius oppositum est verum. sicut patet per tertiam conclusionem.

¶ Simile est. si ponatur ꝙ oĩs homo albus videat falsum. ꝙ nullus alius. ꝙ sortes videat istã solum. sortes est albus. ꝙ ista principaliter significat ꝙ sortes est albus. ꝙ sit tm̃ vnus sortes. hoc posito concedẽdũ est ꝙ sortes est albus. ꝙ est falsa. qz falsificat se. qz sequitur sortes est albus et oĩs homo albus vidit falsum. ergo sortes vidit falsum. ꝙ solũ videt istã. Sortes est albus. ergo ista est falsa. Sortes est albus. ꝙ sic falsificat se. ꝙ oppositum est falsum. sortes non est albus. quia significat aliter ꝙ̃ est.

¶Simile est. si ponat q̄ omne currēs audiat falsū et solum tale et q̄ S. audiat istā. sortes est currēs: et nulla aliā. et q̄ ista principaliter sic significat: et q̄ sit tantū vnus sortes hoc posito concedēdum est q̄ sortes est currens et q̄ ista est falsa sicut in principali sophismate.

SEd quia ista rñsio principaliter cōsistit circa hoc q̄ aliqua propō falsificat se. ideo contra hoc alique obiectiones sunt dicēde. et vt veritas magis eluceſcat illis obiectionibus rñdebit in fine. Ex rñsione data sequit cōtradictio: ergo illa est impossibilis. Añs ꝓbat sic. illa positio ponit q̄ non ois propō falsa falsificat se. sed rñ ex illa sequit q̄ ois ꝓpō falsa falsificat se: ergo ꝛc. añs probat sic. qz si foret aliqua propō falsa q̄ non falsificat se: sit gr̄a exēpli. hō est asinus principaliter significādo q̄ homo est asinus et q̄ ista falsificat se. ꝓbat. nā sequit hō est asinus ꝛ nunc hō est asin⁹ qñ hec non est falsa: hō est asinus. ergo hec est falsa hō est asinus. et sic ex ipsa et vna alia sequit illā fore falsā. hō est asin⁹. et ex nulla alia siue illa hō est asin⁹ sequit illud: ergo ista est pertinēs mediū ad iferendū seipsā fore falsā: ergo falsificat se.

¶Secundo sic. Aliqua est propositio vera que falsificat se: ergo a fortiori ois ꝓpō falsa est falsificās se. Añs probat sic et ponit q̄ ista propō hō est asinus principaliter significat q̄ nullus hō est asinus tunc motū est q̄ ista est vera. et q̄ ista falsificat se. ꝓbat. nā sequit hō est asin⁹ ꝛ ista principaliter significat q̄ null⁹ hō est asin⁹: ergo hec est falsa. hō est asin⁹. et sic est impertinens mediū ad inferendū seipsā fore falsā. ex quo sequit q̄ ista falsificat se.

¶Tertio sic. Sit hec propō principaliter significās q̄ hec est propō demōstrando p̄ hec istā eandē propōnē. s. hec est propō. isto casu posito. tūc sic. hec est vera hec est propō. et tñ ista falsificat se. et hoc ꝓbatur. nā sequit hec est propō. et hec nō est vera: ergo hec est falsa. igit illa falsificat se.

¶Quarto aliqua propō falsificās se nō falsificat se: ergo posito ipossibilis. probatur sic et ponat q̄ tñ ista propō sit vera nullū verū est. tunc icōm ista opinione ista falsificat se: et q̄ ista nō falsificat se. ꝓbat. nā si falsificaret se tūc sic esset arguendū nullū verū est ꝛ ista propō est: ergo ista nō est vera. tūc sic ista nō est vera et est propō principaliter significans sicut est vel aliter ℔ est: ergo hec est falsa: sed non sequit q̄ falsificat se. eo q̄ non est ptinēs mediū ad inferendū seipsā fore falsam. Nā ex premissis captis in antecedente sine illa sequitur q̄ ista sit falsa: ergo sumēdo istam cum istis premissis superflut. et per consequens ista non est pertinens medium ꝛc. Antecedēs probatur sic. nam sequitur sine ista. hec non est vera ꝛ ꝑn cipaliter significat sicut est vel aliter ℔ est: ergo est falsa. ex quo sequitur q̄ ista propositio non falsificat se isto modo nec aliquo alio: ergo nullo modo falsificat se cuius oppositum ponit ista positio.

¶Quinto sic. Aliqua est propositio neq̄ vera neq̄ falsa que falsificat se: ergo non ois ꝓpō que falsificat se est falsa cuius oppositum ponit ista positio. Añs sic. hec est hmōi demōstrādo istā: hec significat aliter ℔ est demonstrando p̄ hec eandē. et pono q̄ significat principaliter aliter ℔ est hoc posito probatur q̄ est neq̄ vera neq̄ falsa: eo q̄ est pertinens medium ad inferēdum seipsam significare principaliter sicut est vel aliter ℔ est. et per consequens non significat sicut est principaliter nec aliter ℔ est. consequentia patet superius et quod ista falsificat se: probatur. nam sequitur immediate. hec propositio significat aliter ℔ est: ergo hec est falsa. Multe alie obiectiones possunt fieri siue reduci quas causa brevitatis omitto.

¶Jam ad obiectiones dicendū ꝓmo ad ꝓmā negando antecedēs et negā q̄ ista. hō est asinus falsificat se. ꝛ quādo arguitur sic.
